


3 2044 004 577 631

PORPHYRII

QUAESTIONUM HOMERICARUM

AD

ODYSSEAM PERTINENTIUM

RELIQUIAS

COLLEGIT DISPOSUIT EDIDIT

HERMANNUS SCHRADER.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXC.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Cum abhinc decem annos Porphyrii Quaestionum Homericarum ad Iliadem pertinentium Reliquias edebam, non me fugit, ex indigesta Odysseae scholiorum mole ea, quae e curarum ab eodem Odysseae impensarum fructibus ad nos pervenissent, tum demum secerni posse, si singulorum scholiorum ambitus quidque antiquitus traditum esset, quid editoribus deberetur codicibus diligenter collatis constitueretur. Ipsam autem harum quaestionum editionem, quamvis non exigui res esset laboris, minoris tamen, quam fore existimaveram, esse futuram, tribus illis anni 1886 mensibus, quos fundamentis eius iaciendis intentus in Italia degi, facile intellexi. Codicibus enim **B E Q** Mediolani, **R** Florentiae, **M** Venetiis excussis, codicis B in his scholiis admodum exiguas esse partes, R autem codicem ex Ambrosiano Q pendere totum fere, ita ut variarum lectionum afferendarum numerus minor quam fore putaveram esset, perspexi.

Favebat autem incepto, quod praestare me debere tum prorsus mihi constitit, quod codicis **T**, non minimi illius in Porphyrianis momenti, lectu autem propter miseram chartae condicionem multis sane locis difficillimi, quotiens volebam adeundi potestas mihi erat, Parisinus autem codex 2403 (**D**) aeque ac Vindobonenses 56 et 133 eximia summorum virorum, quibus regimen earum bibliothecarum commissum est, comitate in huius urbis bibliothecam, ubi in usum meum eos excuterem, missi sunt. Ac Vindobonensi quidem 56 non multum in his scholiis tribuendum esse brevi perspexi, altero autem, tum nondum ea qua dignus est cura inspecto, et Parisino opus inceptum mirum quantum adiuvari gaudebam. Non minus vel plus adeo Harleiano 5674 (**H**) debetur aestate anni 1888 a me Londinii collato, qui quot scholia cum alia tum Porphyriana contineat neque e Dindorfii editione neque e Crameri ad Buttmannianam additamentis (A. P. III) apparet.

Hos autem codices dum inter se confero, intellexi, non necesse esse opus ita instituere, ut ex omnibus lectionum discrepantia afferretur, sed in libris ε — θ e scholiis a Vindobonensi codice (133) et Ambrosiano E servatis Ambrosiana scholia neglegi posse, cum Harleiano

autem codice Ambrosianum Q ita congruere, ut, quoniam uterque ex uno fonte hausisse existimandus esset, praeter paucissimos quosdam locos in unius codicis H lectionibus afferendis acquiescere et possem et deberem. Idem de Palatini 45 (**P**), quem summa Heidelbergensis bibliothecae praefecti liberalitas anno superiore Hamburgensi bibliothecae in usum meum commodaverat, scholiis Porphyrianis cum Harleianis collatis effeci. Sed de hac re aliisque quae codices spectant pluribus in Epilegomenorum partibus prima et tertia egimus.

Horum igitur codicum, quibus eodem modo quo alterius carminis Veneto B, Leidensi, aliis ad Porphyriana constituenda uti licere Epilegomenorum initio docui, subsidiis instructus cum, ut de Porphyrii operisque collectanei ab eo conditi ratione et de lyticorum curis Homeri difficultatibus aut veris aut ficticiis impensis omni ex parte constaret, has quoque quaestiones edere aggressus essem, non me fugiebat optandum quidem fuisse, ut utriusque carminis quaestiones coniunctae ederentur, si quidem, quamquam ubicumque res sinebat in eo acquievi ut ad scholia ad Iliadem iam edita legentes relegarem, fieri non poterat quin nonnulla olim iam a me edita hic iterum in lucem prodirent. Verum quis, prius quam nesciret, num quaestionibus edendis codice Vaticano et Iliadis scholiorum codicibus satis firma fundamenta iacta esse aut quae de operis Porphyriani indole et natura iisdem codicibus ducibus constituta essent stare posse doctis hominibus viderentur, opus tanti laboris, quantum Odysseae scholia, quorum in alterius carminis quaestionibus exiguae erant partes, conferenda postulaverunt, iam tum suscepisset?

Ac de singulorum quorundam scholiorum, quae a nobis in Quaestionum Iliacarum editionem recepta sunt, origine ut dubitari posse cum olim tum nunc, ubi curis secundis omnia perlustravimus, ipsi intelleximus, ita ab aliis dubitatum esse[1]) minime est mirum. Contra neque de Porphyrianorum e reliquis scholiis secernendorum ratione neque de Ζητημάτων eius Ὁμηρικῶν consilio aut ratione quicquam quod quidem eius momenti sit, ut prava via in Iliacis quaestionibus constituendis nos processisse aut de operis eius collectanei indole non recte iudicasse existimemus, prolatum est.

Nam, cuius iudicium ab iis quae de Vaticanarum quaestionum, quas editionis nostrae fundamentum quasi esse dixeramus (Prol. p. 340), origine statuimus quam maxime discrepat, A. Roemer (in censura Quaestionum ad Iliad. pertinent. fasc. II, Annal. phil. 1885, p. 24 sqq.), is — si modo recte iudicavit, quod mihi negandum esse videri in Epilegomenis exposui — quin quaestiones eius codicis nomen Por-

1) Cf. quae contra nonnulla ex iis in Prolegomenis p. 469 attulimus. — Me ipsum de paucis quibusdam nunc aliter atque olim statuere, occasione in hoc libro oblata non dissimulavi (cf. locos Iliadis in Indice II allatos).

phyrii recte in fronte gerant haudquaquam dubitavit, Leidensis autem codicis (Voss. 64) auctoritas, cui eam ob rem quam plurimum tribuendum est, quod Πορφυρίου illud in Veneto B numquam scholiis adscriptum sescentis locis servavit, post ea quae E. Maass, Herm. XIX, p. 534 sqq., de eo codice ut e Veneto descripto ideoque ea in re exigui vel nullius momenti suspicatus erat, in eiusdem Hermae vol. XX, p. 380 sqq.[1]), rursus a me stabilita est.

Ad ipsum Porphyrium autem operamque Homeri carminibus ab eo navatam quod attinet, pauca quaedam, quae olim aut nesciebam aut afferre neglexi, nunc quidem addenda sunt, quibus iudicium in Prolegomenis prolatum, si modo opus est, corroboretur simulque agendi eius rationi plus etiam lucis affulgeat.

Inter ea primo loco afferendum est, apud Cyrillum Alexandrinum (contra Iulian. I, p. 27) certa exstare vestigia solutionum difficultatis, quam Υ 67 sqq. praebere videbantur, a Porphyrio allatarum, qua de re cf. quae in libro *Archiv f. d. Gesch. d. Philosophie* inscripto, I, p. 362, attulimus. De consilio autem, quod Porphyrius secutus est, et conferenda sunt ea, quae occasione de Praefatione Vaticanarum quaestionum accuratius quam antea disputandi in Epilegomenis p. 168 sqq. exposui, et hoc quoque loco pauca addenda sunt. Quamvis enim quaestiones haud paucas prave institutas, solutas autem nonnumquam acutius quam verius esse non minus quam olim (Prolegg. p. 444) concedam, tamen, quo diutius nunc Odysseae etiam quaestionibus operam impendi diligentem, eo magis fontibus quibusdam eum usum esse bonae indolis — collectaneis quibusdam operibus in Lyceo, Porticu, Museo Alexandrino conditis, Antisthenis dialogis Homericis, libris grammaticorum et Alexandrinorum et Pergamenorum — premendum esse intellexi. Fore equidem spero, ut qui brevissimarum quarundam quaestionum, iudicio satis iniquo quod de hac Graecarum litterarum parte ferri solet quam maxime respondentium, forma non deterreatur quominus investiget, num eae quoque non temere motae sint, sed cum quaestionibus melioris indolis olim cohaeserint, plures etiam quam ego me collegisse spero fructus reperiat. Velut qui quaestionem de α 3 in cod. D propositam: διὰ τί προςέθηκεν Ὅμηρος καὶ νόον ἔγνω; legerit, suo iure aut ridebit aut indignabitur; propter ea autem quae ad p. 2, 3 et p. 175 attulimus haud scio an idem videndum esse, an cum Antisthenis disputatione de Ulixe πολυτρόπῳ instituta olim coniuncta fuerint, concessurus sit; neque enim neglegendum est,

1) Omittere eo loco non debebam, etiam Scorialensem codicem Ω I 12, saec. XI vel XII (de quo v. Ludwich, Annal. phil. 1889, p. 130), Harleianum 5693 (cf. infra p. 156, 1), Mosquensem (cf. Prolegg. p. 357) Πορφυρίου in Veneto B omissum et iisdem quibus Leidensem et aliis locis servasse, ut hinc quoque quidnam rei sit appareat.

aliis quoque locis, velut ad η 64, verba quaedam ex amplioribus quaestionibus (illo quidem loco e quaestione Vaticana ια′) excerpta in scholiis ita tradita esse, ut iis quaerendi forma exstrinsecus addita sit. Accedit denique, ut rectum de Porphyrii agendi ratione nobis informemus iudicium, quod praeter ea scholia, quae ut dubiae auctoritatis asterisco signavimus, adesse posse concedendum est, quae speciem tantum cum iis quae e libris illius excerpta sunt communem habeant — nonnulla id genus capite Epilegomenorum tertio indicavimus —, aut solutiones certe aliunde petitas genuinis immiscuerint. Quae additamenta — id quod in Prolegomenis iam, p. 474, persecutus sum — numquam ita secerni poterunt, ut ipsa Quaestionum, quas ille ediderat, doctrina splendeat.

Haec qui consideraverit non indignum fuisse concedet opus collectaneum a Porphyrio iuvene conditum laude ea, quam matura aetate libris diversae indolis adeptus est. Neque neglegendum est plures, quam olim mihi praesto fuerunt, aliorum librorum eius locos cum hoc opere conferendos esse. Nam, ut omittam solutiones inde a Porphyrii temporibus ad Platonis de praestantia Homeri dubitationes infringendas a Neo-Platonicis adhibitas de locis Β 8, Δ 88, Ω 15. 16, ι 5 sqq. a Proclo in commentario Reipublicae afferri (vid. Prolegg. p. 410) — qua re tantum certe efficitur, Porphyrium postera aetate eas solutiones non respuisse —, etiam in ipsius libris quaedam mihi occurrerunt cum utriusque carminis quaestionibus congruentia: velut quae in Vit. Pyth. 18 leguntur in quaest. α 1 (v. ad p. 2, 6) recurrunt; cum abst. II, 31 quaest. μ 128 sqq. (p. 112, 4), cum III, 8 (p. 197, 13 N.[2]: καὶ ἡμῶν μὲν ὀψὲ ἡ τοῦ ἀέρος κατάστασις ἅπτεται, τῶν δ' ἄλλων ζώων εὐθύς) quaest. Α 50 (p. 4, 15 sqq.), cum περὶ Στυγός (Stob. ecl. I, 49, 53, p. 422 W.) quaest. Θ 1 (p. 114, 23), cum commentar. Plat. Timaei (ap. Procl. p. 36 C; cf. Prolegg. p. 350) quaest. Vat. ιε′ (p. 306, 23 sqq.) conferenda sunt. Maxime autem quaest. λ 568 sqq. (p. 108. 9) cum fragmento περὶ Στυγός (v. locos ad quaest. illam allatos) congruit; cui quaestioni schol. λ 492 sqq. (p. 107, 24), quamvis corrupte traditum sit, addere non vereor.

Quid, quod in ipso illo fragmento a Stobaeo servato rem quandam in quaestionibus a se prolatam spectare Porphyrius videtur. Legitur enim p. 426, 5 sqq. W.: εἴρηται δὲ ὅτι τὰ ἔνδον τοῦ ποταμοῦ Ἄιδα προσαγορεύει, καλεῖται δὲ καὶ τὰ ἔξω τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἐδείκνυμεν, [ἐν] Ἅιδου δόμοι κτλ., e quibus, cum εἴρηται illud ad p. 422, 21 recurrat, ἐδείκνυμεν eodem referri vix potest; neque perspicitur quemnam fragmenti satis ampli locum significet. Ecce autem ad ipsum illum versum, de quo Stobaeus Porphyrium ea quae attulimus proferentem inducit, ad Ψ 71 (θάπτε με ὅττι τάχιστα πύλας Ἀίδαο περήσω) in cod. Townleiano haec legimus: πύλας Ἅιδου τὸν

Ἀχέροντα· ἐκεῖ γάρ εἰσιν αἱ τῶν κολαζομένων ψυχαί, οὗ τοὺς περὶ Τιτυὸν εἶδεν Ὀδυσσεύς· ὁμοίως καὶ Ὅμηρος ἐκεῖνο Ἀιδην καλεῖ κτλ., quae videndum esse an cum quaestione eo loco in codd. BL servata (p. 260, 21) olim cohaeserint, ad eum locum iam significavi.[1])

Minoris momenti neque tamen prorsus omittendum est[2]), cum iis quae Δ 2 (p. 68, 23) et λ 329 (p. 100, 10) leguntur similitudinem quandam habere quae ex aliis Porphyrii libris ad eos locos attulimus; neque denique nihili est, cum Porphyrii verbis ad versum A 340 sapientem Pythagoreum celebrantibus ea congruere, quae Iamblichus, Vit. Pyth. § 31 ex Aristotele afferat: τοῦ λογικοῦ ζώου τὸ μέν ἐστι θεός, τὸ δ' ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας. Constat enim diadochos Neo-Platonicorum doctorum suorum placita saepe ut sua proferre.

Haec quidem in ipso limine huius editionis afferenda fuerunt, ut quo modo de operis a Porphyrio structi indole et meritis nos certe iudicaremus appareret. Quod enim nescio an non nemo nos praestaturos esse exspectet, ut de ipsius Porphyrii iudicio doctrinaque, qualia in quaestionibus eius Homericis appareant, disputemus (cf. Roemer, Annal. phil. 1885, p. 20), id — quamquam habere quod arrideat concedendum est — ut ita possit institui, ut fructus opera digni inde redundent, quam maxime veremur. Etenim praeter quaestiones Vaticanas, de quibus optime ipse Roemer rem egit (una enim quaestione excepta, de qua vid. p. 169 sqq., prorsus cum eo consentio), quarum quaestionum peculiaris quaedam est condicio (cf. l. c.), omnes aut a Porphyrio ita compositae aut in codicibus, quibus nos utimur, traditae certe sunt, ut quid ipse probaverit aut improbaverit raro tam certo, ut dubitationi locus non sit, exsistat. Longis autem, eo ut perveniatur, de multis scholiis disputationibus opus est, quibus neque huius Praefationis neque Epilegomenorum ambitum augere animum inducere potui. Nam, quantum ego nunc quidem intellego, laus quam Porphyrius ferre debet, multo magis in ea re posita est, quod auctorum minime spernendorum sententias operi collectaneo quod condidit intulit, quam quod quid verum, quid non verum esset —

1) Propter consensum, qui cum fragmento eiusdem libri in Stobaei flor. (100, 21) servato ei intercedit, veri non dissimile videtur esse, etiam schol. H (f. 64b, int., c. l. ὠλεσίκαρποι) κ 510: οἰκείως ἀγόνοις φυτοῖς ἐχρήσατο· οἰκεῖα γὰρ νεκροῖς τὰ ἄκαρπα· φησὶ δὲ Θεόφραστος ἐν Φυσικοῖς <sic> τὸν χυλὸν τῆς ἰτέας πινόμενον ἀφανίζειν τὴν γονὴν τῶν ἀνθρώπων (id. T p. 190), e quaestione Porphyrii excerptum esse. Asterisco certe addito in textum recipere debebam.

2) Quae Prolegg. p. 350, 1 de sententia de Nili fontibus in ζητ. λ' a Porphyrio prolata attuli, et artificiosiora sunt et iis quae δ 477 ex Odysseae codicibus edidimus parum commendantur. — De scholiis ex aliis Porphyrii opusculis petitis vid. quae l. c. p. 356, 2 disputavi; in quibus de loco A 340 supra allato Gust. Wolffio nimium concessi: nullum enim scholium Porphyrii nomine insigne ad alium nisi ad ζητήματα aut Paralipomena eius fontem ducit.

quamquam ne hoc quidem prorsus neglexit — distincte pronuntiaverit. De auctoribus autem iis tam multa habebamus quae aut nova proferremus aut ante inventis adderemus, ut in Epilegomena ea conferre maluerimus; quorum parte secunda primum de lyticis certam rationem non secutis, deinde de Antisthene, post de Peripateticis, tum de Stoicis, ad postremum de solutionibus contra grammaticorum atheteses prolatis egimus.

Ipsis autem quaestionibus a nobis collectis qui operam impendere volet, is, si a paucissimis quibusdam rebus discesserit, eadem, quam ad Iliadem secuti sumus, ratione nos usos esse intelleget. Scito igitur, litterarum codices designantium in marginibus foliorum positarum si quae exiles sint, earum nos lectiones in annotatione critica non attulisse. Cuius quidem rei causa plerumque in eo posita erat, ne annotationis eius ambitus nimis augeretur: multo longius enim Odysseae quam Iliadis scholiorum codices, quibus nos quidem usi simus, inter se discrepant. Eam ipsam ob causam in minutiarum quarundam afferendarum delectu non prorsus mihi constiti: satius enim nonnumquam esse existimavi silentio talia premere, quam rebus quae ad lectionem eruendam vel stabiliendam nullius essent pretii graviorum rerum perspicuitati officere. De paucis quibusdam codicis Vd locis, quos in Addendis significavi, quibus iis quae ipse enotaveram parum confidebam, cum Arthurus Ludwich tum, ipso codice inspecto, Siegfridus Mekler benignissime me certiorem fecerunt. Quibus hoc quoque loco gratias ago plenissimas.

Eodem studio quod dixi brevitatis adductus non omnes doctorum hominum coniecturas aut in scholiorum editionibus aut aliis locis prolatas, sed eas tantum, quas veri simillimas esse existimarem, attuli; ad initia autem singulorum scholiorum, si a Ludwichio inter specimina scholiorum huius carminis editionis edita aut H. I. Polakii curas experta erant, id monere non neglexi. Qua in re ita egi, ut Polakii nomine nude posito librum eius *Ad Odysseae eiusque scholiastas curae secundae* (Lugd. Bat. 1881) inscriptum, adiecto autem *Obs.* priorem eiusdem dissertationem, *Observationes ad scholia in Homeri Odysseam* (ibid. 1869), significarem; ad Ludwichii autem quinque libellos academicos scholia α 1—309 complexos designandos notis *Progr. I—V* usus sum, ita quidem ut *Progr. I* (α 1—43) Indicem lectionum in universitate Regimontana per semestre aestivum anni 1888 habendarum, *III* (64—153) idem semestre anni insequentis, *IV* (v. 154—237) semestre hiemale annorum 1889. 90, *V* (v. 238—309) tempus aestivum anni 1890, *Progr.* autem *II* (v. 44—63) libellum anno 1888 ad *celebrandam . . . . . . memoriam virorum illustrium Iacobi Friderici de Rhod, Friderici de Groeben cet.* editum significent. Quod si in tanta rerum afferendarum mole forte mihi accidit, ut aliquid, quod aut hi

quos modo laudavi aut alii docti homines protulerunt, cum ego in idem incidissem, per errorem ut meum venditarem, veniam mihi non negatum iri confido, praesertim cum, si modo opus ad finem iam a me perductum aliqua laude dignum esse videbitur, ego certe eam non tam in verbis quibusdam coniecturis, quas multo plures proferre poteram, sanatis, quam in scholiorum e quaestionibus derivatorum conexu indagando, disputationum in iis servatarum origine indicanda, Porphyrii denique in his studiis agendi ratione constituenda positam esse sperem.

Restat ut eos qui hac editione utentur moneamus, litterarum, quibus ad codices designandos usi sumus, et signorum quorundam (crucis, quam etiam in Iliadis quaestionibus adhibuimus, et asterisci) verborumque litteris inclinatis expressorum notionem in pagina quae hanc Praefationem sequitur explicatam esse, eosque ut locorum Epilegomenon in notis generatim indicatorum accuratam notitiam in Addendis in fine libri positis quaerant rogemus.

Scribebam Hamburgi Mense Iunio CIƆIƆCCCLXXXX.

Tabula codicum, quibus in hac editione usi sumus.

(Pluribus de iis et de notis quibusdam his litteris adiectis cum in Praefatione tum in Epilegomenis agitur.)

B = Ambros. sup. B 99.
D = Paris. 2403.
E = Ambros. sup. E 89.
H = Mus. Brit. Harlei. 5674.
M = Venetus Marcian. 613.
T = Hamburgensis 56.
Vd = Vindobon. phil. Gr. 133.

Accedunt locis quibusdam

N = Venetus Marcian. cl. IX, cod. 4.
P = Palatin. Heidelberg. 45.
Q = Ambros. sup. Q 88.
Vb = Vindobon. phil. Gr. 56.

Codices Iliadis iisdem, quibus in Quaestionum ad Iliadem pertinentium Reliquiarum editione usi sumus, notis significantur (vid. ib. p. XII).

Π significat, scholio in codice adscriptum esse Πορφυρίου vel sim.
† significat, scholium, cui praemissum est, e scholio in textu collocato vel simili scholio excerptum esse.
* significat, scholium, cui praemissum est, utrum Porphyrianum sit necne parum constare.
Litteris inclinatis ea expressimus, quae in codicibus omissa aut ab aliis aut a nobis addita sunt.
De litteris exilibus in margine positis v. p. VIII.

α

1. Οὐκ ἐπαινεῖν φηϲιν Ἀντιϲθένηϲ Ὅμηρον τὸν Ὀδυϲϲέα μᾶλλον ἢ ψέγειν λέγοντα αὐτὸν πολύτροπον. οὔκουν τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ τὸν Αἴαντα πολυτρόπουϲ πεποιηκέναι, ἀλλ' ἁπλοῦϲ καὶ γεννάδαϲ, οὐδὲ τὸν Νέϲτορα τὸν ϲοφὸν οὐ μὰ Δία δόλιον καὶ παλίμβολον τὸ ἦθοϲ, ἀλλ' ἁπλῶϲ τῷ Ἀγαμέμνονι ϲυνόντα καὶ τοῖϲ ἄλλοιϲ ἅπαϲι καὶ εἰϲ τὸ ϲτρατόπεδον, εἴ τι ἀγαθὸν εἶχε, ϲυμβουλεύοντα καὶ οὐκ ἀποκρυπτόμενον. καὶ τοϲοῦτον ἀπεῖχε τοῦ τὸν τοιοῦτον τρόπον ἀποδέχεϲθαι ὁ Ἀχιλλεύϲ, ὡϲ ἐχθρὸν ἡγεῖϲθαι ὁμοίωϲ τῷ θανάτῳ ἐκεῖνον, ὅϲ χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεϲὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ (Ι 313).

H f. 1^b. M^1 f. 9^a. Leid. (I 305 sqq.), f. 189^b, Π.

λύων οὖν ὁ Ἀντιϲθένηϲ φηϲί· τί οὖν; ἆρά γε πονηρὸϲ ὁ Ὀδυϲϲεύϲ, ὅτι πολύτροποϲ ἐρρέθη, καὶ μή, διότι ϲοφόϲ, οὕτωϲ αὐτὸν προείρηκε; μήποτε οὖν τρόποϲ τὸ μέν τι ϲημαίνει τὸ ἦθοϲ, τὸ δέ τι ϲημαίνει τὴν τοῦ λόγου χρῆϲιν· εὔτροποϲ γὰρ ἀνὴρ ὁ τὸ ἦθοϲ ἔχων εἰϲ τὸ εὖ τετραμμένον, τρόποι δὲ λόγων αἱ ποιαὶ πλάϲειϲ· καὶ χρῆται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ φωνῆϲ καὶ ἐπὶ μελῶν ἐξαλλαγῆϲ, ὡϲ ἐπὶ τῆϲ ἀηδόνοϲ·

ἥ τε θαμὰ τρωπῶϲα χέει πολυηχέα φωνήν (τ 521).

---

1 sqq. Cf. Polak, p. 12; Ludwich, progr. I, p. 8 1 M (paullo superius in marg. ἀπορία) c. l. πολύτροπον 3 πολύτροπον L(eid.) ἁπλῶϲ L 3. 4 ἠδὲ νέϲτορα H 4 οὐ μὰ διαδόλιον H 5 ἁπλῶϲ τε ἀγ. M ϲυνόντων L prius καὶ evan. <an eras.?> H 6 εἶχον H ἀποκρ . . όμενον <ιν, ut videtur, eras.> M 7 καὶ om. ML τοῦτον τοιοῦτον τρόπον ἀποδ. L; idem, sed supr. lin. addit. ὄντα, H; τοιοῦτον τρόπον ἀποδ. <om. τοῦτον> M; corr. et a Polakio et a nobis, Prolegg. Il. p. 387, 2; τὸν τοιουτότροπον ὄντα ἀποδ. coni. Ludw. 9 κεύθει codd.; corr. Polak ἄλλο δὲ βάζει H 10 λύϲιϲ ante λύων add. H; id., om. λύων, in marg. M 11 πολύτροποϲ ἐκλήθη M καὶ μὴν διότι HL οὕτωϲ πρὸϲ αὐτὸν εἴρηκε H 12 ὁ τρόποϲ M τὸ μέντοι L τὸ δή τι H 12. 13 τὴν τοῦ om. ML 13 ἀνὴρ om. ML ἔχων post τετραμμένον L 14 τρόποι δὲ λόγων αἴτιοι αἱ πλ. H; τρόποι δὲ λόγου αἴτιοι κτλ. ML; Buttmanni, p. 562, coniecturam ita secutus sum, ut cum Polakio pro λόγου ex Harl. λόγων praetulerim; Ludwich τρόπου (quod est in Ambr. Q) δὲ λόγων vel τρόπων δὲ λόγου αἴτιοι αἱ πλάϲειϲ maluit κέχρηται <om. καὶ> τῷ τρ. M; ead. L, ubi haec, signo scholii finiti post πλάϲειϲ posito et vacuo spatio interiecto, in quo recentior manus τοῦ αὐτοῦ scripsit, sequuntur 15 ὡϲ om. M; καὶ ὡϲ ἐπὶ τ. L 16 τροπῶϲα HM, τραποῦϲα L; τρωπῶϲα scribendum esse monuit Pol. χέει μελιηδέα γῆρυν ἀοιδήν L

---

1 sqq. Cf. praeter Epilegomena huius libri et Prolegg. Iliad. p. 387 Dümmler, Antisthenic., p. 23, et E. Weber, Stud. Lips. X, p. 226 sqq.

14 sqq. Cf. Eust., p. 1381, 45 sqq.

εἰ δὲ οἱ cοφοὶ δεινοί εἰcι διαλέγεcθαι, καὶ ἐπίcτανται τὸ αὐτὸ νόημα κατὰ πολλοὺc τρόπουc λέγειν· ἐπιcτάμενοι δὲ πολλοὺc τρόπουc λόγων περὶ τοῦ αὐτοῦ πολύτροποι ἂν εἶεν. εἰ δὲ οἱ cοφοὶ καὶ *ἀνθρώποις ὁμιλεῖν* ἀγαθοί εἰcι, διὰ τοῦτό φηcι τὸν Ὀδυccέα Ὅμηροc cοφὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι δὴ τοῖc ἀνθρώποιc ἠπίcτατο πολλοῖc τρόποιc cυνεῖναι. οὕτω καὶ Πυθαγόραc λέγεται πρὸc παῖδαc ἀξιωθεὶc ποιήcαcθαι λόγουc διαθεῖναι πρὸc αὐτοὺc λόγουc παιδικοὺc καὶ πρὸc γυναῖκαc γυναιξὶν ἁρμοδίουc καὶ πρὸc ἄρχονταc ἀρχοντικοὺc καὶ πρὸc ἐφήβουc ἐφηβικούc· τὸν γὰρ ἑκάcτοιc πρόcφορον τρόπον τῆc cοφίαc ἐξευρίcκειν, ἀμαθίαc δὲ εἶναι τὸ πρὸc τοὺc ἀνομοίωc ἔχονταc τῷ τοῦ λόγου χρῆcθαι μονοτρόπῳ. ἔχειν δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐν τῇ τῆc τέχνηc κατορθώcει, ἠcκηκυίαc τῆc θεραπείαc τὸ πολύτροπον διὰ τὴν τῶν θεραπευομένων ποικίλην cύcταcιν.

. . . τρόποc μὲν οὖν τὸ παλίμβολον τὸ τοῦ ἤθουc, τὸ πολυμετάβολον καὶ ἄcτατον. λόγου δὲ πολυτροπία καὶ χρῆcιc ποικίλη λόγου εἰc ποικίλαc ἀκοὰc μονοτροπίᾳ γίνεται· ἓν γὰρ τὸ ἑκάcτῳ οἰκεῖον. διὸ καὶ τὸ ἁρμόδιον ἑκάcτῳ τὴν ποικιλίαν τοῦ λόγου εἰc ἓν cυναγείρει τὸ ἑκάcτῳ πρόcφορον. τὸ δ' αὖ μονοειδὲc ἀνάρμοcτον ὂν πρὸc ἀκοὰc

---

1. 2 κατὰ πολλοὺc λέγειν τρόπουc M 3 τοῦ om. M ἦεν H; πολλοὶ τρόποι ἂν εἶεν L οἱ om. ML ἀνθρώποιc ὁμιλεῖν codd. om.; cur addiderim, vid. infr. 5 ὅτι διὰ τοῖc ἀνθρ. H ὑπίcτατο (abbrev.) M 8 καὶ πρὸc τοὺc ἄρχ. L πρὸc ἐφήβειc H 9 ἑκάcτηc M 10 εἶναι om. H τὸ πρὸc τοὺc ἀνομοίουc ἐντυγχάνοντα τοῦ λόγου τὸ μονότροπον ML 11 ἔχει L τοῦτον H(?)M 14 sqq. de lacuna, quam contra codd. auctoritatem statui, v. infr. ad h. l. 15 καὶ ἄcτατον in uno L 16 μονοτροπίᾳ ego; ι, ut semper fere in his codd., om. 17. 18 τὸν ἑκάcτου ⟨ἑκάcτω L⟩ πρόcφορον codd.; corr. Dind. 18 ἀνάρμοcτον τὸν πρὸc ἀκ. H

---

3 sqq. Cum in iis quae antea leguntur Ulixes ut variarum orationis figurarum, quibus eaedem res proferri possint, peritus celebretur (cf. Dümmler l. c.), in iis autem quae sequuntur de arte orationis variorum hominum ingeniis accommodandae agatur (cf. Dio Chrys. or. 71 ab E. Webero allat.), sequitur, non ut *ἀγαθὸν* simpliciter, sed ut *ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν* Ulixem h. l. laudari; cf. Iuliani, cuius de Cynicae doctrinae scientia Weber, l. c. p. 98, 2, egit, or. I, p. 12 D (allat. ab eodem p. 262): *καίτοι τὸν Ὀδυσσέα συνετὸν Ὅμηρος ἐκ παντὸς ἀποφῆναι προαιρούμενος πολύτροπον εἶναί φησι καὶ πολλῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν καταγνῶναι καὶ ἐπελθεῖν ταῖς πόλεσιν, ἵν' ἐξ ἑκάστων ἐπιλεξάμενος ἔχοι τὰ κράτιστα καὶ πρὸς παντοδαποὺς ἀνθρώπους ὁμιλεῖν δύναιτο.* Quae verba haud scio an veri simile reddant, etiam quaestiunculam ad v. 3 traditam cum disputatione Antisthenica cohaerere.

6 sqq. Collato Porph. Vit. Pyth. 18 (quem locum Polak, p. 15, indicavit) eadem fere e Dicaearcho referente (de re cf. etiam Iambl. Vit. Pyth. § 50) adducor, ut haec Porphyrio quam Antistheni tribuere malim.

14 sqq. Cum ea quae initio h. l. leguntur cum p. 1, 12 sqq., extrema cum p. 2, 9 sqq. fere congruant, haec alterum esse scholium ex eadem quaestione longe quidem peius excerptum existimo. Polakio *inepti cuiusdam grammatici vel lectoris* esse affirmanti recte Ludwich oblocutus est. Tamen fatendum est,

διαφόρους πολύτροπον ποιεῖ τὸν *ἄλλως* ὑπὸ πολλῶν ἀπόβλητον ὡς αὐτοῖς ἀπόβλητον λόγον.

2. θ 3.

3. διὰ τί προσέθηκεν Ὅμηρος καὶ νόον ἔγνω; εἰσὶ γάρ τινες D f. 177ᵃ. μωροὶ πολλὰς πόλεις καὶ χώρας ἰδόντες, ἀλλ' οὐχὶ γνῶσιν λαμβάνουσιν· διὰ γοῦν τοῦτο καλῶς προστέθεικε νόον ἔγνω.

5 sqq. διὰ τί, μιᾶς ὑφ' Ἡλίου νεὼς ἀπολωλυίας, ἕνδεκα δὲ παρὰ H f. 1ᵇ. Λαιστρυγόσιν (κ 132 coll. Β 637), ὁ ποιητὴς ἔφη· D f. 176ᵃ, usque ad p. 4, 1.

οἳ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο
ἤσθιον, αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ,

ὡς δὴ ἁπάντων ὑφ' Ἡλίου ἀπολωλότων; φαμὲν οὖν ὅτι ἑταῖροι ἦσαν μὲν πάντες οἱ ἐπανιόντες ἐξ Ἰλίου μετὰ Ὀδυσσέως, ἰδίως δὲ οἱ συμπλέοντες αὐτῷ ἐν τῇ αὐτῇ νηί· καὶ ἡ μὲν σπουδὴ ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας, δυνατὴ δὲ μᾶλλον ἡ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ νηὶ συμπλεόντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν κοινὴ ναῦς κοινὴ σωτηρία, ἀλλ' οὐκέτι κοιναὶ νῆες καὶ κοιναὶ σωτηρίαι. τὸ γοῦν

πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων

---

1 ἄλλως addidi 2. 3 ὡς αὐτοῖς ἀπρόσβατον λόγον coni. Pol., ὡς αὐτοῖς ἀπότροπον λόγον (vel λόγον ante ὡς αὐτοῖς transposito) Ludw. 3 sqq. cf. Ludwich, progr. 1, p. 11 D praem. ἀπορία, id. λύσις ante εἰσὶ γὰρ 6 προστέθηκε D 7 sqq. cf. Polak, p. 17 sqq.; Ludwich, p. 13 H statim post ea, quae α 1 edidimus, interiecto ἀπορία, habet 8 λαιστρυγόνων D 11 διὰ πάντων H, διαπάντων D; δὴ πάντων Dind., unde δὴ ἁπ. ego 12 μετὰ καὶ ὀδ. H 12. 13 συμπλ. ἐν τῇ αὐτῇ νηὶ αὐτῷ D 14 ἡ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ τῇ νηὶ συμπλ. D 17 πολλὰ — θυμὸν om. D 18 νόστων H

---

vel *μονοτροπία* (l. 16) in *μονοτροπίᾳ* mutato, sententiam verbis satis contortis esse expressam. Quae verba ita accipio: *πολυτροπία* sermonis apud eum exsistit, qui singulis audientium singulas colloquendi rationes (*μονοτροπίᾳ εἰς ποικίλας ἀκοάς*) adhibet; scientia *τοῦ ἁρμοδίου ἑκάστῳ* varietatem sermonis in unam cogit rationem (*εἰς ἓν συναγείρει*), quae tempori locoque conveniat.

† T (p. 1ᵃ): *πολύτροπον λέγει τὸν Ὀδυσσέα ἢ διὰ τὸ τοῦ ἤθους παλίμβολον* ⟨part. evan.⟩, *ἢ κτλ.* (quae huc non pertinent; v. ap. Ludw., p. 9).

4 sqq. Cf. ad p. 2, 3 sqq.

7 sqq. † Schol. cod. Vat. gr. 1321 (edit. et emend. a Ludwichio, progr. I, ad p. 13, 33): *πῶς, ὑπὸ Λαιστρυγόνων ἕνδεκα νεῶν ἀπολομένων, μιᾶς δὲ ὑπὸ Ἡλίου, ὃ καὶ φησι· αὐτὰρ — ἦμαρ; ἢ τάχα ἑταίρους φησὶν εἶναι τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ νηὶ ὁμοπλόους, περὶ ὧν αὐτῶν καὶ ἡ σπουδὴ τῆς σωτηρίας ἐγένετο, ὡς ἡ παροιμία· κοινὴ ναῦς κοινὴ σωτηρία. ἄλλως τε ἐν ὅσῳ ἐσῴζετο ἡ μία ναῦς, εἶχεν ἑταίρους Ὀδυσσεύς, αἰτία δὲ παντελοῦς μονώσεως αὐτῷ γέγονε τὸ καθ' Ἡλίου παρανόμημα, ὡς εἰ λέγοι τις, δι' Ὀδυσσέως ἀπολέσθαι τοὺς Τρῶας ἐκ τῶν κατὰ τὸν δούρειον ἵππον, καίτοι πολλῶν προϋπαρξάντων τῆς εἰς αὐτοὺς φθορᾶς.*

12 sqq. † Eust., p. 1383, 28 sqq.

ἰδίως τῶν ἐν τῇ Ὀδυccέως νηὶ δηλοῖ, ὧν καὶ μάλιςτα ὡς ἀεὶ cὺν αὐτῷ ὄντων τῆς cωτηρίας φροντίζειν ἐδύνατο· ἐπεὶ τοῦ μόνον εἰς οἶκον ἀνακομιcθῆναι τὸν Ὀδυccέα αἴτιος γέγονεν ὁ Ἥλιος, τοὺς περιλειπομένους ἀποκτείνας. ὥςπερ οὖν ἄν τις λέγοι, τοῦ τοὺς Τρῶας ἀπολέσθαι αἴτιον Ὀδυccέα γενέσθαι τὰ περὶ τὸν ἵππον μηχανησάμενον, καίτοι τῶν πλείστων προαπολωλότων ὑπὸ Ἀχιλλέως Νεοπτολέμου Αἴαντος καὶ τῶν λοιπῶν ἀριστέων — ὁ γὰρ τὴν πρᾶξιν τελειώσας ἐπώνυμος τοῦ παντὸς ἔργου γίνεται —, οὕτως κἀνταῦθα, αἰτίου τοῦ μόνον ὑποστρέψαι τὸν Ὀδυccέα γεγονότος Ἡλίου, δικαίως εἶπεν αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.

H l. c. D l. c. *οὐκ ἀνακόλουθον δὲ τὸ, εἰδότα τὸν ποιητὴν ὅτι ἡ ἀτασθαλία αὐτοῖς αἰτία τοῦ θανάτου*, ἔπειτα, οὐ πάντων δι' ἀβουλίαν ἀπολωλότων, ἀλλὰ τῶν μὲν διὰ δυστυχίαν, ὥςπερ οἱ εἰς τοὺς Κίκονας ἐμπεσόντες ἢ εἰς τὸν Κύκλωπα ἢ εἰς τοὺς Λαιστρυγόνας ἢ εἰς τὴν Σκύλλαν, τῶν δὲ δι' ἀβουλίαν, ὥςπερ μόνοι εὑρίσκονται οἱ εἰς τὸν Ἥλιον ἑκουσίως ἀσεβεῖν ἑλόμενοι, τὸν Ὀδυccέα σαφῶς φάναι ὅτι ὑπὲρ τούτων μάλιστα ἐσπούδασεν, ὑπὲρ τῶν μὴ ἔξωθεν αἰτίας ἀπολεσθέντων, ἀλλὰ τῶν σωθέντων ἄν, εἰ μὴ ἄφρονες ἦσαν καὶ παραίτιοι αὑτοῖς τοῦ θανάτου. ὡς γὰρ ἑαυτὸν σώζει ἐκ παντὸς τοῦ παρ' ἑαυτὸν ῥυόμενος θανάτου, οὕτως καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκ τοῦ παρ' ἑαυτοὺς θανάτου δύναται μόνου σοφὸς ῥύεσθαι, εἰ τὸ παρ' ἑαυτοὺς αἴτιον μὴ πρόφασιν ἐνδοῦναι πείσειεν. ἀθανάτους δὲ οὔτε σοφία ποιῆσαι ἐπαγγέλλεται οὔθ' ὁ σοφὸς ἐκ παντὸς σώσειεν ἂν θανάτου, ἀλλ' ἐκ μόνου, εἰ ἄρα, τοῦ παρὰ τὴν

1 ὀδυccέως νηὶ in H incert. (evan.); D: ἰδίως τῶν ἐν αὐτῇ τῇ νηὶ δηλοῖ ἀκόλουθον δὲ κτλ. (cf. ad l. 10 sqq.) ἀεὶ ego; ἂν cod. 1. 2 cὺν ἀστῷ ὄντων cod.; corr. Cramer 2 ἔπειτα τοῦ μόνον coni. Polak 4 ἄν τις λέγοι coni. Dind.; εἴ τις λέγει cod. τρψας (sic) cod. 9 αὐτοῖς ὁ τοῖσιν cod. 10 sqq. post ἦμαρ in H vacuum spatium 60 fere litterarum capax (15 fere litterae in fine lineae erasae sunt; initio sequentis lineae utrum item erasae sint necne mihi non constat), tum ἔπειτα. D post ea, quae p. 3, 7 — p. 4, 1 edidimus, pergit: ἀκόλουθον δὲ ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρύσατο· αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο· οὐ πάντων δὲ δι' ἀβουλίαν κτλ. 13 ἀτυχίαν D 13. 14 ἐμπεσόντες post τὸν Κύκλωπα D 15. 16 ἀκουσίως H 16—19 τὸν Ὀδυccέα — τοῦ θανάτου om. D 19 παρ' ἑαυτῷ H 20 παρ' ἑαυτὸν H, παρ' ἑαυτοῦ D; corr. Polak 21 μόνος σοφὸς H, θανάτου δύναται μόνος σοφὸς ῥύεσθαι D; μόνου corr. Polak, non probante Ludwichio εἰς τὸ παρ' ἑ. D παρ' ἑαυτοῖς H 22 πείσειν D οὐδὲ σοφία D 23 ἐκ παντὸς post σώσειεν ἂν D εἰ om. H

2 sqq. † D (f. 177ª) v. 6: *ἄλογόν ἐστιν μόνον αἰτιᾶσθαι τὴν βορὰν τῶν Ἡλίου βοῶν. λύεται δὲ ἐκ τῆς λέξεως· ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο· τοῦτο γὰρ μὴ πραξάντων αὐτῶν, ὑπελείφθησαν ἂν* ⟨om. cod.⟩ *τινες ἑταῖροι τῷ Ὀδυσσεῖ.*

11 sqq. De iis quae inserui et de solutione difficultatis, quae esse videbatur, v. Epilegg. inter ea quae de Antisthenis doctrina in scholiis obvia disputavimus.

ἡμετέραν αἰτίαν ὑφισταμένου, εἰ πειcθεῖεν αὐτῷ οἱ cυνόντεc· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦ πεῖcαι ἐκ παντὸc κύριοc ὁ cοφόc.

πολλὰ ὁ μὲν ἔπαθεν ἀρνύμενοc ἥν τε ψυχὴν καὶ νόcτον ἑταίρων, ἐν τοῖc παρ' ἑαυτὸν cωcτικοῖc ἔργοιc τῶν κινδύνων, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖc μὴ παρ' ἡμᾶc ἀποβαινόντων· καὶ ὁμοίωc ἐν τοῖc παρ' ἡμᾶc αὐτὸc μὲν ἔcωcεν ἂν ἀρετῇ πειθομένουc τοὺc δυνηθένταc ἂν μὴ διὰ τύχην ἔξωθέν τινα καθ' εἱμαρμένην ἀποθανεῖν, ἐκ δὲ τῆc παρ' αὐτῶν αἰτίαc καίπερ πολλὰ προθυμηθεὶc οὐκ ἔcωcεν.

αὐτοὶ γὰρ cφετέρῃcιν ἀταcθαλίῃcιν ὄλοντο. οὗτοι ἦcαν εἰc τὸν Ἥλιον μόνοι ἀcεβήcαντεc. ἔδειξεν οὖν ὅτι τῶν cυμβαινόντων τὰ μὲν παρὰ τὴν τύχην καὶ τὴν ἔξωθεν αἰτίαν, ὧν ὁ cοφὸc οὐ κύριοc, τὰ δὲ παρ' ἡμᾶc καὶ τὴν ἡμετέραν ὁρμήν, ὧν κρατεῖν οἷόc τε ὁ cπουδαῖοc. καὶ θανάτου οὖν τοῦ μὲν ἔξωθεν καὶ παρὰ τὴν τύχην οὔτ' ἐφ' ἑαυτοῦ οὔτ' ἐπ' ἄλλου ὁ cπουδαῖοc κύριοc, τοῦ δὲ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν ἐκ παντὸc προνοήcεται ὁ cπουδαῖοc καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῷ διαφερόντων, καὶ περιγενόμενοc ἐφ' ἑαυτοῦ ἀποτακτήcει τὰ πολλὰ ἐπὶ ἄλλων, ὅταν μὴ τὴν αὐτὴν αὐτῷ ἐκ φρονήcεωc ἔχωcιν ἕξιν.

ἀκουcτέον οὖν τὸ

πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
ἀρνύμενοc ἥν τε ψυχὴν καὶ νόcτον ἑταίρων

ἐν τοῖc δυνατοῖc καὶ παρ' ἡμᾶc τοῦ θανάτου αἰτίοιc, ἀλλ' οὐ μέντοι τοῖc μὴ παρ' ἡμᾶc αἰτίοιc· τῶν γὰρ ἐφ' ἡμῖν μόνων ῥεκτικὸc ὁ cπουδαῖοc, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἐξ ἡμῶν αἰτιῶν θανάτου φυλακτικόc, ἀλλ' οὐ τῶν ἔξωθεν κατὰ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν ἀποβαινόντων· οὔτε γὰρ ἁπαξαπλῶc τὰ ἔξωθεν αἴτια, οὔτε πάλιν τὸ ἐφ' ἡμῖν πάντων κύριον,

2 οὐδὲ post γὰρ om. H ὁ cοφόν, tum αὐτὸν μὲν ἔcωcεν κτλ. (l. 6), omissis (l. 3—6) πολλὰ ὁ μὲν — παρ' ἡμᾶc, D 6 αὐτὸν D ἂν post ἔcωcεν addidi πειθόμενοc codd.; πειθομένουc ego; longe aliter Polak et ab hoc discrepans Ludwich τοὺc δὲ δυν. D 7 ἐκ δὲ τοῦ κτλ. D 7. 8 παρ' αὐτοὺc, quod coni. Ludw. (ἑαυτοὺc Pol.), non videtur esse necessarium 8 sqq. post ἔcωcεν, om. verbis αὐτοὶ — ἀcεβήcαντεc, D pergit: ἐδίδαξεν οὖν κτλ. αὐτοὶ — ὄλοντο non prorsus certa (admodum in H evanuerunt) 11 παρὰ τύχην D 12 τὰ δὲ περὶ τὴν ἡμετέραν ὁρμήν, οἷον κρατεῖν κτλ. D 13 τὸν μὲν ἔξωθεν H 13. 14 οὔτ' ἐπ' αὐτοῦ D 14 οὔτ' ἐπὶ καλοῦ (pro ἐπ' ἄλλου) H τοῦ δὲ περὶ τὴν ἡμ. αἰτ. D, τοῦ δὲ παρὰ τὸν ἡμετέραν . . . ον ἂν ἐκ π. H 15 καὶ ἐπ' αὐτοῦ D 16 περιγινόμενοc D 17 αὐτῶ τῆc φρονήcεωc H post ἕξιν D signum scholii finiti (·: ⁓) habet; tum inc. nova linea: ἀκουcτέον οὖν 19 sqq. ἄλγεα καὶ τὰ ἑξῆc ἐν τοῖc δυν. D 21 τοῖc om. H παρὰ ἡμᾶc H 21. 22 οὐ μέντ. τῆc παρ' ἡμᾶc αἰτίαc D 22 ἐφ' ἡμῖν ὀρεκτικὸc μόνον ὁ cπ. H 23 αἰτίων θανάτων D 24 ἀποφαινόντων D 25 τῶν ἔξωθεν D 25 sqq. οὔτε πάλιν τὸ ἐφ' ἡμῖν ὧν δὲ κρατεῖ τὰ ἔξωθεν H

3 sqq. Varia eiusdem quaestionis excerpta male in codicibus coaluisse (cf. tamen ann. crit. ad l. 17), apparet.

9 sqq. Cf. ad l. 3.

18 sqq. Cf. ibid.

ἀλλ᾿ ὧν μὲν τὸ ἐφ᾿ ἡμῖν, ὧν δὲ κρατεῖ τὰ ἔξωθεν. καὶ τῶν θανάτων οἱ μὲν δι᾿ ἔξωθεν γίνονται αἰτίας, οἱ δὲ δι᾿ ἡμετέρας ἁμαρτίας καὶ ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀνοίας ἤρτηνται, ὡς οἵ γε πλεῖςτοι τῶν διὰ κακίαν εἰς κόλαςιν ὑπὸ τοῦ νόμου ἀπαγομένων, ἠρτημένοι δὲ ἀπ᾿ αἰτίας τῆς ἐκ τῶν ἑκουςίων ἁμαρτημάτων.

33. 34. scholia, quae ad Ω 527 sqq. et Z 488 (p. 105, 33 sqq.) sec. Dindorfium edidimus, non est cur hic repetantur. Illud etiam in codd. **H** (f. 2a), **M** (a, f. 10b), **D** (f. 178a) sine ulla, quae quidem digna sit, quae afferatur, scripturae discrepantia legitur; de altero, quod **M**1 f. 10b et **H** f. 2a int. (hic quidem ita ut plurima detrita sint et incerta) habent, afferendum, verba οὐ cύνθετον τὸ ὑπὲρ μόρον (p. 105, 33) et πῶς (l. 34) uni M1 deberi. Priori (v. 33 = Ω 527) in codice Vaticano gr. 1320 praemitti Πορφυρίου, Ludwich, pr. I, p. 23, attulit.

44. cf. v. 69.

H f. 3a. E f. 3a. D f. 179a. Ma f. 11a. 68. *τὸ ἀςκελές ςημαίνει τὸ ἄγαν ςκληρόν. ςκέλλειν γάρ ἐςτι τὸ ςκληροποιεῖν, καὶ ὁ ςκελετὸς ὁ κατεςκληκὼς διὰ τὴν ἀςαρκίαν, καὶ Ἀςκληπιὸς κατὰ ςτέρηςιν μετὰ ἠπιότητος, ὁ διὰ τῆς ἰατρικῆς μὴ ἐῶν ςκέλλεςθαι. ἐνίοτε δὲ ἀςκελές τὸ † ἐπὶ πᾶςι ςημαίνει. καὶ Σοφοκλῆς (Ant. 475) ςίδηρον ὀπτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς περιςκελῆ θραυςθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖςτ᾿ ἂν εἰςίδοις. οἱ δὲ ἀπέδωκαν ἀςκελέως ἀδιαλείπτως κατὰ μετάληψιν· τὸ γὰρ ἀςκελὲς ἄβατον, ἀπόρευτον.

H f. 3a. *ἀςκελές τὸ ἄγαν ςκληρόν. ςκέλλειν γὰρ τὸ ςκληροποιεῖν, ἐξ οὗ τὸ κατεςκληκέναι τὴν ςάρκα. οἱ δὲ τὸ ἀςκελές ἀντὶ τοῦ ἀδιαλείπτως

---

2 δι᾿ αἰτίαν ἔξωθεν γίνονται H 2. 3 καὶ τῆς ἐκ τῆς ἀνοίας τῆς ἡμετέρας ἤρτ. H 4 ἐπαγομένων codd.; corr. Cobet, Mnem. N. S. VII, p. 424 15 H, in quo multa paene evan., c. l. ἀςκελὲς αἰὲν, M interiecto ἄλλως post p. 23, 20 Dind. τὸ ante ἀςκελές om. ED ςκέλειν H 16 ςκηροποιεῖν EM ὁ ante κατεςκληκὼς e cod. Q additum 16. 17 ὁ ⟨pro καὶ⟩ ἀςκλ. D 17 ὁ ante διὰ om. M, καὶ διὰ τῆς ἰατρ. E 18 ςκέλεςθαι EH ἐνίοτε δὲ τὸ ἀςκ. M 19 ἐκ — περιςκελῆ om. E; περὶ ςκέλειν ἢ D 20 ἐςίδοις E ὁ δὲ ἀπέδωκεν ED 21 κατὰ μέμψιν codd. Iliad. (cf. infr.) 22 H post ἀπόρευτον (l. 21) signo scholii finiti interposito statim pergit

---

15—21 Quas et ad Iliad., p. 232, 9, et in Hermae vol. XXII, p. 361 sqq., de Porphyrio huius scholii auctore movi, dubitationes, ea re, quod secundum Ludwichium, progr. III, p. 12, in cod. Vaticano gr. 1320 *Πορφυρίου* in fronte gerit, non omni ex parte tolluntur. Finge enim, in archetypo huius codicis nomen illud (ut in cod. E) inter hoc scholium et scholium de Polyphemo *ἀντιθέῳ* (v. 70), quod sine dubio Porphyrii est, scriptum fuisse: facillime fieri potuisse concedes, ut is qui scholia transcriberet, cum alterum omitteret, priori auctorem illum adderet (cf. de similibus erroribus Herm. XX, p. 395). Aliter res se haberet, si codex Vat. utrumque scholium utrique auctoris nomine addito exhiberet.

22 sqq. Iudicium de h. sch. auctore ex iudicio de l. 15—21 ferendo pendere vix est quod moneamus.

23 Cf. **D** (gl. interl. ad *ἀσκελές*): *ἀμετακίνητον κατὰ τὴν στέρησιν τῶν σκελῶν, ἢ ἀδιαλείπτως καὶ ἄγαν σφοδρῶς.*

κατὰ μετάληψιν· τὸ γὰρ ἀσκελὲς ἄβατον ἀπόρευτον. καὶ ἡ ὀργὴ ἀμετακίνητος.

69. ad ι 106 sqq.

ad eundem versum, interiecto ἄλλως, in codice Harl. (f. 3^{a}) fragmentum quaestionis Vaticanae θ′ adscriptum est, incipiens a verbis (= Iliad. p. 294, 14): φωτὸς γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὄντος, desinens (in f. 3^{b}) verbis (= p. 295, 11) καὶ φοβερὸν τὸν ⟨sic⟩ ἄγαν λαμπρὸν καὶ στίλβον. Cuius fragmenti pars extrema (δέδορκε τὸ ἄγαν στίλβον — καὶ φοβερὸν τὸ ἄγαν λαμπρὸν καὶ στίλβον, = p. 295, 5—11) codicis f. 2^{b} adscripta est; quae verba, interiecto signo scholii finiti, ab iis excipiuntur, quae p. 295, 13 sqq. edidimus: γλαυκιόωντες δὲ οἱ λέοντες — οὕτως ἐβουλόμην τὰς Ὁμηρικὰς λέξεις καὶ τοὺς ἐξηγητὰς σκοπεῖσθαι, καὶ τοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐξηγησαμένους ἀποδέχεσθαι, quae ut, nisi fallor, etiam superiora illa (δέδορκε — στίλβον) signo apposito ad γλαυκῶπις v. 44 relata sunt. Horum scholiorum a quaestione a nobis edita scripturae discrepantiam nonnumquam propter miseram chartae condicionem satis incertam afferre, praesertim cum a Ludwichio, progr. III, p. 13, tria illa fragmenta accurate edita sint, supervacaneum esse duximus.

70. inter quaestiones a nobis ι 106 sqq. collatas extremo loco positum.

93. v. 284.

98. scholium Porphyrianum ad ἀπείρονα γαῖαν adscriptum, quod ad Ξ 200, p. 193, 11 sqq., Dindorfii et textum et annotationem secuti e codice E edidimus, non solum in hoc codice (f. 3^{b}), sed etiam in D (f. 179^{b}), sed longe peius traditum, et secundum Ludwichium, progr. III, p. 22, etiam in cod. Vat. gr. 1320 (hic quidem praemisso Πορφυρίου) legitur. Hoc loco ea, quae l. c. Ambrosiano codici prave tribui, afferre sufficiet. Legendum igitur p. 193, 12 ἤγουν σφαιρικήν | 18 καὶ πολλὰ | 21 πολλὰ τέρατα | 22 οὗ γὰρ ἂν ἔλθοι τις τοῦτο ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ τέρας ἴσως ἔχοι | 25 ἔφην | 28 περίστατε ⟨an περιίστατε?⟩ | 29 ὁ γὰρ λόγος ⟨sic⟩.

136 (138 Dind.). ad δ 52.

145. ad ω 208.

184. 85. προφασίζεται νόσφιν εἶναι τὴν ναῦν, πρὸς τὸ μὴ καὶ τοὺς ἑταίρους ἐθέλειν ξενίσαι, τὸν δὲ πλοῦν μακρόν τε καὶ ἀναγκαῖον εἶναι, πρὸς τὸ μὴ κατασχεθῆναι παρ᾽ αὐτοῦ. H f. 4^{a}. E f. 5^{b}, *Π*. D f. 181^{a}. M^{a} f. 13^{b}.

35 H c. l. νηῦς δέ μοι ἧδ᾽ (txt. ἧδ᾽) ἕστηκε, EM c. l. νηῦς δέ μοι πρὸς τῷ μὴ M 37 addunt HM: περισπαστέον ⟨περισπατέον H⟩ δὲ τὸ ἧδε. ἔστι γὰρ ἀναφορική. προηθετοῦντο δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους κτλ. (= p. 35, 8 sqq. Dind.)

35 sqq. Versus vel 184—86 vel 185. 86, ut qui habeant quo commendentur, contra *ἀθέτησιν*, de qua vid. Ludwich, Ar. Hom. Textkr. I, p. 513, defendi videntur.

H f. 4b. Ma f. 14a. 215. 16. εἰ μηδεὶς τῶν γεννωμένων δύναται γνῶναι τὸν πατέρα, πόθεν ἡ γνῶσις τοῖς παισὶ τοῦ πατρός; τὸ γὰρ μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε οὐκ οἶδα λόγον μὲν ἔχει ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου· ὅτε γὰρ ὁ *πατὴρ* ἀπεδήμει, παῖς ἦν ἐπὶ μαζῷ (λ 448)· διὸ μόνου τοῦ ὀνόματος παρὰ τῆς μητρὸς γίνεται ἀκροατής, ἀκούων ὅτι τοῦ Ὀδυσσέως ἐστὶ παῖς. εἰ δὲ καθόλου *τὸ* οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω, πόθεν ἡ γνῶσις; ἔδει γὰρ φάναι· ἐγὼ γὰρ οὐκ εἶδον τὸν γεγεννηκότα, ἀλλὰ μὴ καθόλου ποιεῖσθαι τὴν ἀπόφασιν, ὡς μηδενὸς εἰδότος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. ὀρθῶς οὖν ὁ Σέλευκος εἴρηκεν, ὅτι δεῖ προσλαβεῖν τὸ εἰ μὴ μήτηρ φαίη τοῦ ἔμμεναι. κἂν γὰρ ἀπῇ ἢ τεθνήκῃ, ἅμα τῷ γενέσθαι τὸν παῖδα ἡ μήτηρ διδάσκει τοῦ πατρὸς τοὔνομα, κἂν περιῇ καὶ παρῇ, ἡ μήτηρ δείκνυσιν, ὅτι τούτου ἐστὶ παῖς· ὥστε τὸ οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω προσλαβόντας δεῖ τὸ εἰ μὴ μήτηρ φαίη τοῦ ἔμμεναι δοκιμάζειν, εἰ μὴ ὀρθῶς εἴρηται.

ἀλλὰ καὶ οὕτως ζητοῦσι, τίς ὁ νοῦς, τοῦ μὲν ξένου ἐρωτήσαντος·

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος πάις εἶς Ὀδυσῆος·
αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας
κείνῳ,

τοῦ δὲ ἀποκρινομένου·

τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω·
μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

τίς γὰρ ἡ διάνοια τοῦ λέγοντος· οὐδεὶς τὸν πατέρα ἀνεγνώρισεν; οὐ γὰρ αὕτη ἡ ἀκολουθία, ὅτι μὴ περὶ παρόντος ἐστὶν ὁ λόγος, εἰ γνωρίζει τοῦτον, ἀλλὰ περὶ ἀπόντος, περὶ οὗ οὐκ, εἰ μὴ γνωρίζει ἐχρῆν λέγειν, ἀλλ' εἰ μὴ πεπίστευκεν; ὁ γὰρ λόγος· εἰπέ μοι, εἰ τοῦ Ὀδυσσέως εἶ

---

1 sqq. cf. Polak, p. 20   1 HM c. l. μήτηρ μέν τέ μέ ⟨om. M⟩ φησι τοῦ ἔμμεναι (hic quidem cod. praemisso ἄλλως, cf. ad p. 9, 11)   3 λόγον μὲν ἔχει correxi; ὅπως μὲν ἔχει codd.   4 ὁ πατὴρ addidi   ἐπὶ om. H   6 τὸ addidi   7 ἐὸν H   φᾶναι M   8 γεγενηκότα H   10 προσλαβεῖν Buttm.; λαβεῖν codd.   11 καὶ γὰρ H   τεθνήκει M, ἐτεθνήκει H   13 ἑὸν λόγον M   14 προσλαβόντες codd.; corr. Buttm.   17 ἀλλάγε H   τόδε bis script. M   κατάλεξαι HM; κατάλεξον Q   18 ὀδυσσῆος codd.   23 ἔγωγ' codd.   24 οἶδα codd.   ἐὸν H   26 γνωρίζεις H

---

1 sqq. Ad Porphyrium referendum esse scholium vel inde evincitur, quod interpretatio quaedam iis quae hic (l. 2—6) statim sequuntur fere respondens in codd. E et D (v. ann. crit. ad p. 9, 12) nominatim ad eum refertur. Unde haud scio an concludi possit, eum in integra, quae olim exstiterit, quaestione se cum hac potissimum loci interpretatione consentire non dissimulavisse.

9. 10 De Seleuco cf. Epilegomena.

παῖϲ· ὁ δέ φηϲιν· οὐκ οἶδα· παρὰ γὰρ τῆϲ μητρὸϲ ἀκήκοα — Ὀδυϲϲέωϲ γὰρ εἶναι φηϲὶ, τοῦ ἀνδρόϲ —· οὐ γὰρ αὐτὸϲ ἑώρακα. πρὸϲ δὲ τὸ παρὰ μητρὸϲ ἤκουϲα οὐκ ἔχει λόγον τὸ οὐ γάρ τιϲ δι᾽ ἑαυτοῦ τὸν πατέρα ἐγνώριϲεν. ἔϲται οὖν τὸ ἀνέγνω ὡϲ πρὸϲ τὴν ἀκοήν, ἐπίϲτευϲε. κἂν οὕτω λαμβάνηται, ἔϲται ὁ λόγοϲ· ἡ μήτηρ μὲν ἔφη ἐκείνου εἶναι, ἐγὼ δ᾽ οὐκ οἶδα· οὐ γάρ τιϲ περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸϲ τὴν πίϲτιν ἔϲχεν. ἐνθάδε δεῖ πάλιν ἀκοῦϲαι· εἰ μὴ παρὰ μητρὸϲ πύθοιτο καὶ ϲεβαϲτικῶϲ δὲ ἐκδέξαιτο τὸν λόγον· οὐδεὶϲ γὰρ τὸν πατέρα ἀνεζήτηϲε καὶ ἀνηρεύνηϲεν, ὄντωϲ εἰ εἴη ὁ λεγόμενοϲ, λεγούϲῃ δὲ τῇ μητρὶ πᾶϲ πεπίϲτευκεν ἄνευ ζητήϲεωϲ διὰ τὸ ϲέβαϲ τὸ πρὸϲ τοὺϲ τεκόνταϲ.

. . . . . τινὲϲ δὲ ταῦτα τὸν Τηλέμαχόν φαϲι λέγειν, ἐπεὶ μικρὸϲ καταλέλειπται. καὶ τὸ οὐκ οἶδα οὐκ ἀπιϲτοῦντόϲ ἐϲτιν, ἀλλ᾽ αὐτὸν H f. 4^b. E f. 6^a. D f. 181^a. M^1 et ^{a} f. 14^a (v. 214).

1 ὁ δ᾽ ἔφη H   1. 2 ὀδυϲϲέωϲ εἶναι γὰρ φάναι οὐ γὰρ αὐτὸϲ κτλ. H, ὀδυϲϲέωϲ γὰρ εἶναι τοῦ ἀνδρὸϲ ⟨ut videtur⟩ οὐ γὰρ αὐτὸϲ κτλ. M; unde ea quae in text. recepi composui; paullo brevius cod. Q: ἀκήκοα Ὀδυϲϲέωϲ εἶναι οὐ γὰρ κτλ.

3 τὸ αὐτὰρ τίϲ δι᾽ ἑαυτοῦ M   6 παρὰ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸϲ M   7. 8 κἂν ϲεβαϲτικῶϲ ἐκδέξῃ ⟨sic⟩ λόγον H, κἂν ϲεβαϲτικῶϲ δὲ ἐκδέξῃ . . . . ⟨detrit.⟩ οὐδεὶϲ M; corr. Buttm.   8. 9 inter ἀνεζήτηϲε et ὄντωϲ in M duodecim fere litt. detrit.   10 ϲέβειν, ut videtur, M   11 de iis quae HED praem. vid. infr. ad h. v.   δὲ om. M^1 τὸν τηλέ φαϲὶ D, τὸν τηλέμαχον φηϲὶ ⟨ut videtur⟩ H, τὸν τηλ. ταῦτα λέγειν φαϲὶν M^1 12 κατελείφθη M^1 καταλέλειπται. Πορφυρίου εἰϲ τὸ αὐτό ⟨haec quidem rubr. script.⟩. καὶ τὸ οὐκ οἶδα κτλ. E; D (in summo f. 181^b) supra οὐκ ἀπιϲτοῦντοϲ ab eadem manu Πορφυρίου habet; cf. ad p. 8, 1

4 sqq. *Λυτικός*, quisquis fuit, *τὸν πατέρα ἀναγνῶναι* esse voluit eum, quem fama hominum ferat (cf. v. 207: *εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο κτλ.*), ut legitimum patrem agnoscere.

9 Brevissime idem ap. Eust., p. 1412, 4.

11 sqq. Praemittuntur in schol. H haec: *μήτηρ μέν τέ με*] *ἡ μὲν μέν ἀπόλυτος, ἡ δὲ ἐγώ ἀντιδιαστολὴν ἔχει πρὸς τὴν μητέρα. καὶ ἄλλως. καὶ ἀλλαχοῦ· τὸν δέ τ᾽ ἐμὸν πατέρα φάσ᾽ ἔμμεναι* (δ 387). *ὁμοίως Εὐριπίδης· μήτηρ φιλότεκνον μᾶλλον πατρός· ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ἐόντας, ὁ δ᾽* ⟨*ὅδ᾽* cod.⟩ *οἴεται* (fr. 1004 D.). *καὶ Μένανδρος* (fr. 657 K.)· *αὑτὸν* ⟨*αὐτὸν* cod.⟩ *γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ποτ᾽ ἐγένετο, ἀλλ᾽ ὑπονοοῦμεν μᾶλλον ἢ πιστεύομεν, τινὲς δὲ κτλ.* Eadem fere (inde ab *καὶ ἀλλαχοῦ*, c. l. *οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον ἀνέγνω*) eadem ratione cum verbis *τινὲς δὲ κτλ.* coniuncta in codd. DE leguntur; item inter scholia M^a (c. l. *μήτηρ μέν τέ μέ φησι*), quamquam haec qui exaravit, non nescius, verba *τινὲς τὸν Τηλέμαχον ταῦτα λέγειν φασὶ* iam ad v. 214 adscripta esse, cum post *πιστεύομεν* illud *τινὲς δὲ* addidisset, substitit verbisque *καὶ ζήτει ἐπάνω* ad superius scholium legentes revocavit (tum subiunxit: *ἄλλως: μήτηρ μέν τε φησὶ κτλ.*; v. ad p. 8, 1). — Eadem etiam Eustathio, p. 1412, 15 sqq., praesto fuerunt; sed quamquam cum scholio sine dubio Porphyriano in unum coaluerunt et inter scholia M^a (f. 49^b), quaestionis quadam forma extrinsecus addita, ad δ 387 recurrunt, cum neque difficultatis, quam α 215. 16 praebere videbantur, mentionem faciant neque in uberiore scholio (HM) ullum sui vestigium reliquerint, inter Porphyriana referre dubitavi; tamen prorsus neglegere nolui.

τὸν Ὀδυccέα φηcὶν ἀγνοεῖν οὐχ ἑωρακώc· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτό τις τοὺς γονέας ἐξ ἑαυτοῦ γνῶναι.

238. scholium Porphyrianum incipiens τοὺc ἑταίρουc ἀπὸ τῶν φίλων διαιρεῖ ὁ ποιητὴc κτλ. in Odysseae codicibus, quibus adscriptum est, cum iis quae ad Iliadem Δ 491, p. 77, 8 sqq., edidimus adeo congruit, ut causa, cur hic repetatur, non adsit. Tantum dico, cum Iliadis codicibus, si ab innumeris, quos librarius committere solet, scribendi erroribus discesseris, maxime codici **T** convenire (p. 43), in quo scholium ad δ 16 legatur; ad α 238 cod. **H** (f. 4ᵇ) verba Ἕκτορι — μενοινᾷc (Il. p. 77, 14—16), καὶ μεταφέρων — ἑταίρουc (p. 77, 22—25), διὸ ἐπιζητεῖ κτλ. (p. 78, 8) omittit; **E** (f. 6ᵇ) et **D** (f. 181ᵇ) partem tantum scholii habent; hic enim non ultra v. τολύπηcεν (sic, p. 77, 29), ille non ultra v. ἕψομαι αὐτόc (p. 77, 18) producunt; in utroque eaedem fere quae in cod. H lacunae. Addere tamen h. l. iuvat schol. excerptum:

Mᵃ f. 40ᵃ (δ16). ἑταῖροι οἱ προcοικειωθέντεc κατὰ φιλίαν, φίλοι δὲ οἱ οἰκεῖοι καὶ κατὰ γένοc προcήκοντεc. ἔται μὲν γὰρ οἱ cυνέcτιοι, γείτονεc δὲ οἱ πληcίον μένοντεc. ἑταίρουc δὲ λέγει καὶ τοὺc cυνδιαίταc καὶ ἐρίηραc ἑταίρουc (ι 100) τοὺc διὰ χρείαν φίλουc. καὶ cυνευωχητὴc μὲν καθὸ λέγει· τοῖοc γάρ τοι ἑταῖροc ἐγὼ πατρώιόc εἰμι, ὅc τοι νῆα θοήν (β 286). καὶ διακρίνων λέγει· ἢ μετὰ οἷc ἑτάροιcι δάμη Τρώων ἐνὶ δήμῳ ἠὲ φίλων ἐν χερcίν (α 237)· οὐκ ἄν, φηcίν, ἐλυπήθην, εἰ ἐν τῇ Τροίᾳ ἀπέθανεν μετὰ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ πολεμῶν ἢ εἰ κατεργαcάμενοc τὸν πόλεμον ἐν χερcὶ τῶν οἰκείων ἐτελεύτηcεν.

H f. 5ᵃ. 255 sqq. τὰ ἔπη ταῦτα ὅντινα ἔχει λόγον ἐζητοῦμεν·

1 φαcὶν D post ὡc μὴ ἑωρακώc (huc usque Mᶦ) add. Mᵃ: οὐδὲ γὰρ δύναιτό τιc κτλ. 2 ἐξ αὐτοῦ HED 19 χρεῖαν M 23 ἐλυπήθη M 25 sqq. cf. Polak, p. 45 sqq 25 ἅτινα H; ὅντινα Dind. ἐξαιτοῦμεν; in schol. Q corr. Buttm.

3 sqq. De additamento quodam a schol. ϑ 583 suppeditato v. ibi.

25 sqq. Coniunctas duas *ἀπορίας* earumque solutiones (quamvis hae quidem male inter se cohaereant) habet

†**Mᵃ** (f. 15ᵃ) v. 256: *ἄτοπος ἡ εὐχὴ τῆς Ἀθηνᾶς εὐχομένης, εἰ ἔλθῃ ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ στῇ ἐν τοῖς μνηστῆρσι τερπόμενος, ἅπαντας ὠκυμόρους γενέσθαι. πῶς γὰρ φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ* ⟨*πότα* cod.⟩ *καὶ δεῖπνα τρέψας τὴν διάνοιαν; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τῷ Μέντῃ ὡμοιωμένην Ἀθηνᾶν τῷ Ἀγχιάλου παιδὶ λεληθότως κατηγορεῖν τοῦ πατρὸς ἀσεβείας; εἰ γὰρ ὁ Ἶλος* ⟨*ἴλος* cod.⟩ *θεοὺς σεβόμενος τὸ θανάσιμον φάρμακον οὐκ ἔδωκεν, ὁ δοὺς Ἀγχίαλος ἀσεβής:* ⁓ *εὔχεται αὐτὸν μετὰ τῶν ὅπλων φανῆναι καὶ τοῖον τῇ ἡλικίᾳ, οἷον εἶδεν* ⟨*οἶδεν* cod.⟩ *αὐτὸν εἰς τὴν αὐτοῦ οἰκίαν, τὸ δὲ πίνοντά τε καὶ τερπόμενον οὐ τῆς εὐχῆς ἐστι μέρος, τῆς δὲ πρὸς Ὀδυσσέα ξενίας πατρικῆς ἀνάμνησις. καὶ γάρ φησι· ξεῖνοι δ' ἀλλήλων. τὸ δὲ τοῖος ἐὼν οἷόν μιν τὰ πρῶτα ἐνόησα πρὸς τὸ τῆς ἡλικίας ῥωμαλέον ἀποδίδοται· ἐνθάδε δὲ τοιούτου ὀφθησομένου χρεία, ἐγὼ δὲ οἴκῳ τῷ ἡμετέρῳ ἐνόησα πίνοντά τε τερπόμενόν τε. ἀμφότεροι δὲ* ⟨om.

εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν δόμου ἐν πρώτῃσι θύρῃσι
σταίη ἔχων πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε,
τοῖος ἐὼν, οἷόν μιν ἐγὼ τὰ πρῶτ᾽ ἐνόησα
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ πίνοντά τε τερπόμενόν τε,

εἶτα μετ᾽ ὀλίγον·

τοῖος ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύς,

καὶ στῇ ἐν τοῖς μνηστῆρσι τερπόμενος, ἅπαντας ὠκυμόρους γενέσθαι. πῶς γὰρ ἂν ἦν φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ καὶ τέρψιν δείπνων τρέψας τὴν διάνοιαν; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τῷ Μέντῃ μὲν ὡμοιωμένην τὴν Ἀθηνᾶν τῷ Ἀγχιάλου παιδὶ λεληθότως ἀσεβείας κατηγορεῖν τοῦ πατρός; εἰ γὰρ ὁ Ἶλος θεοὺς σεβόμενος τὸ θανάσιμον φάρμακον *οὐκ* ἔδωκεν, *ὁ δοὺς Ἀγχίαλος* ὁμολογουμένως ἂν εἴη ἀσεβής.

τὸ μὲν πρῶτον ζήτημα οὕτως ἂν λυθείη· εὔχεται γὰρ αὐτὸν ἰδεῖν ἐν τοῖς μνηστῆρσιν ἔχοντα πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε, τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ τοῖον ἐόντα, οἷον τὰ πρῶτα ἐνόησα παρὰ τῷ Ἀγχιάλῳ ξενιζόμενον. τὸ δὲ λέγειν πίνοντά τε τερπόμενόν τε οὐ τῆς εὐχῆς ἐστι μέρος, τῆς δὲ πρὸς Ὀδυσσέα ξενίας πατρικῆς ὑπόμνησις. ἐπεὶ γὰρ ὡμοίωται Μέντῃ καὶ ἠρώτηται ὑπὸ Τηλεμάχου· ἠὲ νέον μεθέπεις ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι ξένος (v. 175); καθόλου δὴ λέγει· ξεῖνοι δ᾽ ἀλλήλοις πατρώιοι εὐχόμεθ᾽ εἶναι (v. 187), κατὰ μέρος δὲ ἐξηγεῖται, ὅτι ἐν οἴκῳ ἡμετέρῳ πολλάκις αὐτὸν εἶδον πίνοντά τε τερπόμενόν τε. τὸ οὖν τοῖος ἐὼν, οἷόν μιν τὰ

1 ἐν πρώτοισι (πρώτῃσι Q) 8 πῶς γὰρ ἂν ᾖ, ἦν Dind. 9 μέντην (μέντῃ Q) 11 ἴλλος οὐκ et ὁ δοὺς Ἀγχίαλος om.; e schol. M excerpto add. Dind. 20 ἀλλήλοι; corr. Buttm.

cod.⟩ *εἶχον τὸ φάρμακον, ὅ τε Ἶλος* ⟨ἴλος cod.⟩ *καὶ ὁ Ἀγχίαλος, καὶ εἰ ἦν ἀσεβὲς τὸ διδόναι, ἀσεβέστερον τὸ κεκτῆσθαι, εἰ δ᾽ οὐ τοῦτο, οὐδ᾽ ἐκεῖνο. δι᾽ ὧν οὖν ἡ κτῆσις οὐκ ἄδικος, οὐδ᾽ ἡ τῶν φίλων μετάδοσις πλημμελής* ⟨-λές cod.⟩· *ὧν ἡ κτῆσις εἰς τὰς ἀνάγκας οὐκ ἀσεβής, τούτων ἡ μετάδοσις οὐ μεμπτή.*

Scholia excerpta quae alteri utri difficultati solvendae curam impenderunt v. ad l. 13 et p. 12, 9.

13 sqq. †D (f. 182ª) v. 255: *τὰ ἔπη ταῦτα ζητοῦμεν τίνα λόγον ἔχει· εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν — τερπόμενόν τε* ⟨ut supra edidimus, nisi quod *δήμου* pro *δόμου* et *τὰ πρῶτα ἐνόησα* cod.⟩, *εἶτα μετ᾽ ὀλίγον· τοῖος ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύς· πῶς γὰρ ἂν ἦν φοβερὸς ὁ εἰς ποτὰ καὶ τέρψιν δείπνων τρέψας τὴν διάνοιαν; φαμὲν οὖν· εὔχεται αὐτὸν ἰδεῖν ἐν τοῖς μνηστῆρσιν — τερπόμενόν τε* ⟨=p. 11, 13—22; sed differunt haec: l. 15 *καὶ* et *ῥώμῃ* om. ib. *οἷον πρῶτ᾽ ἐνόησα* 15. 16 *παρὰ τῷ ἀγχιλάῳ* 16 *τε* post *πίνοντα* corr. ex *με* 17 *τῆς δὲ πρὸς τὸν Ὀδ. πατρικῆς ξενίας ὑπ.* 18 *καὶ* om. 20 *ἀλλήλοι*⟩. *τὸ οὖν τοῖος ἐὼν οἷόν μιν τὰ πρῶτ᾽ ἐνόησα οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ καὶ ἔλεγον* ⟨sic⟩ *πρὸς τὸ πίνοντά τε τερπόμενόν τε, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἡλικίας ῥωμαλέον. ἔνθα δὴ μὲν οὖν τοιούτου Ὀδυσσέως ὀφθησομένου ἀνδρείου καὶ μετὰ ὅπλων χρεία* ⟨χρῇ cod.⟩, *ἐγὼ δὲ οἴκῳ τῷ ἡμετέρῳ ἐνόησα πίνοντά τε τερπόμενόν τε.* — Brevius peiusque excerptum schol. E (f. 7ª, c. l. *εἰ γὰρ νῦν ἐλθών*), quod quibusdam in rebus adeo cum D congruit, ut non sit cur h. l. afferatur.

23 sqq. Cf. A. Roemer, Sitzungsber. d. bayr. Akad. 1884, p. 300; quem etiam solutionem, quae Peripateticorum certe est, non sine veri specie Aristoteli tribuere potuisse in Epilegg. exposuimus.

ἀναγνωριςμοῦ, λέγων ὡς ἄρα κατὰ τὸν ποιητὴν τῷ τοιούτῳ λόγῳ πᾶς οὐλὴν ἔχων Ὀδυςςεύς ἐςτιν. τὸ δέ ἐςτιν οὐχ ἁπλῶς τοιοῦτον, ἀλλὰ ςυμβάλλεταί τι καὶ τὸ ποιὸν τῆς, ὡς ἐρρέθη, ἀξιολόγου οὐλῆς ςύν γε τοῖς ἄλλοις· καὶ γὰρ κατὰ τὸν τῆς γραὸς λόγον καὶ δέμας καὶ φωνὴν καὶ πόδας ὁ παρὼν ξένος ἐῴκει τῷ Ὀδυςςεῖ (v. 381).

υ

27. Αἰόλλῃ, κινῇ, παρὰ τὸ ἄελλαν, ὅθεν καὶ πόδας αἰόλος H f. 123[a].
ἵππος (T 404), εὐκίνητος τοὺς πόδας, καὶ κορυθαιόλος, ὃν ἀλλαχοῦ Vd f. 128[b].
(X 132) κορυθάικα εἶπε· καὶ αἰόλαι εὐλαί (X 509) καὶ αἰολοπώλους (Γ 185) καὶ ςφῆκες μέςαι αἰόλαι (M 167).

104. πῶς οὖν φηςιν ἡ ἀλετρίς· οὐδέποθι νέφος ἐςτίν (v. 114); M[a] f. 244[a].
νῦν τὸν τόπον ἔφη Ἀττικῶς, ἐν ᾧ εἴωθε ςυνίςταςθαι τὰ νέφη· ἢ τῶν Vb f. 145[b].
χρυςῶν νεφῶν, ἃ ἦν ἐν οὐρανῷ· ἀλλ' ὁ γὰρ ἄκρῳ Ὀλύμπῳ ὑπὸ χρυςέοιςι νέφεςιν (N 523).

φ

144. 45. . . . ὁ δὲ Πορφύριος τὸν ἱερέα *ἀποδίδωςιν* ἀπὸ *τοῦ* Vd f. 127[a].
καίειν τὰ θύη, ἤγουν τὰ θυμιάματα. τοῦτο δὲ παρίςτηςιν ἀφ' ὧν ὁ ποιητὴς προϊὼν ἐν τῷ ἐφεξῆς γράμματι πρὸ τινῶν φύλλων τοῦ τέλους (χ 318 sqq.) φηςί, λέγων οὕτως· Λειώδης φηςίν·

αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖςι θυοςκόος οὐδὲν ἐοργὼς
κείςομαι,

πρὸς ὃν Ὀδυςςεὺς λέγει·

εἰ μὲν δὴ μετὰ τοῖςι θυοςκόος εὔχεαι εἶναι,
πολλάκις μέλλεις ἀρήμεναι ἐν μεγάροιςι,
τηλοῦ ἐμοὶ νόςτοιο τέλος γλυκεροῖο γενέςθαι·

---

6 Vd (c. l. αἰώλη μάλα δ' ὦκα) inc.: παρὰ τὸ ἄελλαν, H om. αἰόλλῃ αἴολος H 8 εὐναί H, εὐλαί (λ e corr.) Vd 9 αἴολαι H 10 M c. l. ὑψόθεν ἐκ νεφέων οὐδέπωθι M 11 εἰώθαςι Vb 14 Vd (c. l. ὅ ςφι θυοςκόος ἔςκε) praemittit: μάντις ὁ διὰ τῶν αἱμάτων θυομένων ςκοπῶν τὰ μέλλοντα· ἔγ.ειται δὲ παρὰ τὸ κόειν ὅ ἐςτι ςυνιέναι . . δίδωςιν τοῦ om. 18 ἐοργὸς 22 εὑρήμεναι

---

6 sqq. Cf. ad Iliad. p. 285, 16 sqq.

† B (f. 171[b]) v. 27: *κινεῖ, παρὰ τὸ ἄελλαν, ὅθεν καὶ πόδας αἰόλος ἵππος, εὐκίνητος τοὺς πόδας.* — Cf. etiam glossae B ibid.: *κινεῖ*, M[a] (f. 242[b]) ad *αἰόλλῃ* ⟨alter. *λ* ab ead. m. add.⟩: *ποικίλως καὶ πυκνῶς στρέφει ἢ κινῇ*, ad *λιλαίεται*: *κινεῖ συστρέφει*, H (l. c.) *κινῇ*.

10 sqq. † H (f. 124[a]), B (f. 172[b]) v. 104: *ἐκ τοῦ τόπου, ὅπου εἰώθασιν εἶναι τὰ νέφη. ἐπιφέρει γὰρ ἡ ἀλετρίς· οὐδέποθι νέφος ἐστίν* ⟨om. *ἐστίν* H⟩.

20 sqq. Scholium (tum nondum cognitum) ex iis quae ad Iliad., p. 272, 10 sqq., edidimus a Senacheribo ut videtur (v. Epilegg.) excerptum.

† Vd (f. 137[a], c. l. *θυοσκόος εὔχεαι εἶναι*) χ 321: *ἱερεύς, ἀπὸ τοῦ τὸ* ⟨om. cod.⟩ *θύος, ἤτοι τὸ θυμίαμα, καίειν. τοὺς γὰρ ἱερέας ὁ ποιητὴς φιλεῖ καταρωμένους ποιεῖν, ὥσπερ τὸν Χρύσην, οὐ τοὺς μάντεις.*

τοὺc γὰρ ἱερέαc φιλεῖ ποιεῖν καταρωμένουc, ὥcπερ τὸν Χρύcην, οὐ τοὺc μάντειc.

208. π 188, p. 123, 3.

χ

Vd f.135ᵇ, *H*. 233. Εἰκότωc ἐπὶ τῇ μνηcτηροφονίᾳ παριcτᾷ ὁ ποιητὴc τῷ Ὀδυccεῖ τὴν Ἀθηνᾶν, ἤτοι τὴν φρόνηcιν· εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ φανεροῦ καὶ βιαζόμενοc ἠμύνατο τοὺc λελυπηκόταc, Ἄρηc ἂν αὐτῷ cυνηγωνίζετο· νῦν δὲ δόλῳ καὶ τέχνῃ περιελθών, ἵν' ἀγνοούμενοc ἕλῃ, διὰ cυνέcεωc κατώρθωcεν.

321. ad φ 144.

Vd f. 138ᵃ. 412. ἄλογον τοῦτο δοκεῖ· καὶ γὰρ πάντεc τοὺc ἐχθροὺc κτείναντεc καυχῶνται. λύεται δὲ ἐκ τοῦ προcώπου· οἱ γὰρ μνηcτῆρεc οὐ πολέμιοι, ἀλλ' ὁμόφυλοι καὶ πολῖται οἱ πλεῖcτοι. ἢ ἐκ τῆc λέξεωc· οὐ γὰρ τὸ καυχᾶcθαι φαίημεν ἂν λέγειν αὐτόν, ἀλλὰ τὸ εὔχεcθαι, cυνήθωc ἡμῖν, ἐπὶ νεκροῖc κειμένοιc· τὸ γὰρ ὀλολύξαι (v. 411) εὐχήν, οὐ καύχηcιν εἶπεν.

Vd l. c. H f. 137ᵇ. οὐ λέγει ἐπικαυχᾶcθαι τοῖc ἀποθανοῦcιν· αὐτὸc γοῦν ὁ Ὀδυccεὺc τοῦτο φαίνεται ποιῶν ἐπὶ Cώκου (Λ 450), ἀλλ' εὐχετάαcθαι νῦν φηcιν εὔχεcθαι· οὐ χρὴ εὔχεcθαι νεκρῶν παρακειμένων. οἱ γὰρ εὐχόμενοι παρουcίαν αἰτοῦcι τοῦ θεοῦ, νεκροῖc δὲ παρεῖναι τὸ θεῖον ἀδύνατον. *ἄλλοι δέ, ἐπεὶ οὐκ ἐξ ἀνδρίας τῶν καταβαλόντων, ἀλλ' ἐκ θεομηνίας ἔπεσον.*

ψ

198. Ad θ 278.

Vd f. 143ᵇ. Mᵃ f. 279ᵃ. 218 sqq. ἀθετοῦνται οἱ ἑπτὰ *στίχοι* οὗτοι ὡc cκάζοντεc κατὰ τὸν

---

1 φιλεῖ, φι in ras. 4 Vd c. l. ἵcταcο καὶ ἴδε <id. text.> ἔργον 10 Vd c. l. ἐπ' ἀνδράcιν εὐχετάαcθαι 13 αὐτὸ Vd 14 .ῖπε., tum, signo scholii finiti interiecto, statim οὐ λέγει κτλ. l. 15 15 ὁ om. H; οὖν ὁ . . υccεὺc Vd 18 θεῖον, ει e corr., Vd 18 sqq. H post ἀδύνατον sine ullo intervallo add.: ἔνθεν καὶ ἀρχίλοχόc φηcιν· οὐ γὰρ ἐcθλὰ κατθανοῦcι κερτομέειν ἐπ' ἀνδράcιν, quae in Vd recte a scholio h. l. edito seiuncta in imo margine (rubro) scripta sunt. Quae nos h. l. addidimus ex Eustathio petita sunt (v. ad I. 11 sqq.) 22 Vd (interiecto ἄλλωc post ea quae p. 721, 12—16 D. leguntur) c. l. οὐδέ κεν ἀργείη ἑλένη, M c. eod. l. cτίχοι incert.; e Vd enim ante οὗτοι tres fere litt. avuls., M autem cτίχοι οὗτοι om.

---

4 Per Minervam *φρόνησιν* a poeta significari etiam ad *Y* 67 sqq. (p. 241, 8; 242, 11), *τὸν τοῦ δεῖνα λογισμὸν* per eandem innui ad *Δ* 88 (p. 71, 4) Porphyrius attulit. — Eust. h. l., p. 1924, 52, brevius: *Ἀθηνᾶ λαλεῖ τὰ ἐφεξῆς, πλαττομένη μὲν μυθικῶς, νοουμένη δὲ καὶ νῦν ἀλληγορικῶς παρεῖναι τῷ Ὀδυσσεῖ ἐμφρόνως πάντα ποιοῦντι.*

11 sqq. Cf. Eust., p. 1932, 10 sqq., qui prioris solutionis loco eam habet, quam alteri scholio in fine addidi.

22 sqq. Cf. Eust., p. 1946, 4 sqq., de prava h. l. secundum usitatam *στιγμὴν* interpretatione melius agentem (l. 13 sqq.).

νοῦν. cώζοιντο δ' ἂν, εἰ cτίζοιμεν ἐπὶ τῷ εἰ ἤδη. καὶ τὸ ὅ ἀντὶ τοῦ διό· ὥcτε εἶναι· οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ἐμίγη παρ' ἀλλοδαπῷ ἀνδρί, εἰ μὴ ἦν ἐξηπατημένη· διὸ αὐτήν, ἐπεὶ παρελογίcθη, οἱ Ἕλληνες ἐπανήγαγον. [οἱ δέ φαcι, τὸν Ἀλέξανδρον Μενελάῳ εἰκαcθέντα κτλ.]

235. v. ad p. 58, 14.

310. de scholii de v. 310 — 43 athetesi agentis origine parum certa in Epilegomenis egimus.

337. η 258.

364. *καταλείπει τὴν γυναῖκα θαρρῶν τῷ πατρὶ αὐτῆc καὶ τοῖc M[a] f. 281[b].
ἀδελφοῖc. ἢ δῆθεν ὡc ἀγνοοῦcαν τῶν πεπραγμένων τὸ ἀληθέc. ἢ ἐμπιcτεύων τῇ Ἀθηνᾷ.

ω

1 sqq. Ἀρίcταρχοc ἀθετεῖ τὴν Νέκυιαν κεφαλαίοιc τοῖc cυνεκτι- M[a] f. 281[b].
κωτάτοιc τοῖcδε·

ὅτι οὐκ ἔcτι καθ' Ὅμηρον ψυχοπομπὸc ὁ Ἑρμῆc. οὐδὲ *οἶδε* τὸν Ἀπόλλωνα ἐπὶ τῆc πυκτικῆc, εἰ μὴ ἅπαξ (Ψ 660). ἀλλ' οὐδὲ χθόνιοc ὁ θεόc. οὐκ εὐθέωc ὁ εἰc Ἅιδου κατελθὼν χθόνιοc, ἐπεὶ καὶ Ἀθηνᾶ δι' Ἡρακλέα (λ 626)· καὶ ὁ Ἅιδηc Ὀλύμπιοc *ἂν ἦν*.

---

1 cώζοιτο Vd, cώζοιτον ⟨an cώζοιτο?⟩ M; corr. Buttm. cτίζοιμεν avuls. Vd 2 . . δ' ⟨avuls.⟩ ἂν Vd 3 ἦν Vd avuls. ἕλ . . νεc (av.) Vd 4 εἰκαcθέντα avuls. Vd 9 M c. l. εἰc ὑπερῷ' ἀναβᾶcα 9. 10 τῆc ἀδελφῆc M
12 sqq. cf. Polak, p. 517 12 M c. l. ἑρμῆc δὲ ψυχὰc νεκυομαντίαν ⟨ι e corr.⟩ M, νεκυῖαν schol. vulg. 15 οὔτε, om. οἶδε, M; corr. Dind.; ὄντα ἔλεγε s. ἐποίηcε post τῆc πυκτικῆc ins. Spohn, de extr. Od. parte, p. 45 πυκτικῆc ⟨ι ex υ corr.⟩ M 17 ἂν ἦν, quod M om., addidi

---

1 Nicanorem (cf. Carnuth, Nic. *περὶ Ὀδ. στ.*, p. 67) a Porphyrio adhiberi, Prolegg. Iliad. p. 447 docuimus. — De origine schol. M[a] (f. 279[a]) v. 220: *εἰ ἤδη*] *ἐνταῦθα στικτέον, ἔπειτα ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς προσενεκτέον· ὅ μιν αὖτις ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν. ὁ γὰρ λόγος· οὐκ ἂν ἡ Ἑλένη παρ' ἀλλοφύλῳ ἀνδρὶ ἐμίγη, εἰ προεώρα τὸ μέλλον· διὸ καὶ ἐπανάγειν ἤμελλον αὐτὴν οἱ Ἕλληνες, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκυῖαν* ⟨*οὐκ ἂν ἡ Ἑλ. — τὸ μέλλον* etiam Vd f. 143[a] int.⟩, non satis constat; sed dubito an haec quoque e Porphyrii copiis fluxerint.

2 Si ea quae Eust. h. l., lin. 6 habet: *εἴπερ ἠπίστατο αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ . . πολλοὶ γὰρ κακὰ κέρδεα βουλεύουσιν* (v. 217), ex eodem scholio fluxerunt, etiam schol. H (f. 141[b]) et Vd (f. 143[b]) v. 220: *εἰ ἤδη* ⟨sec. *η* Vd e corr.⟩, *ὅτι πολλοὶ κακὰ κέρδεα βουλεύουσιν* ⟨adduntur Herodianea = p. 721, 12 sqq. D.⟩, inter Porphyriana referenda sunt.

9 sqq. Solutiones videntur esse quaestionis, cur Ulixes uxorem solam reliquerit. Sed in quaestione Porphyriana ad *δ* 1 servata (maxime quidem p. 41, 11) de condicione inter Penelopen et parentes intercedente aliter iudicatur.

12 sqq. Eust., p. 1957, 1: *χρὴ μνησθῆναι . . . . καὶ ὧν εἰς τὴν Νεκυίαν ταύτην ἐπεχείρησαν οἱ παλαιοί, ἣν οἱ μὲν ἐκμοχλεύοντες τῆς ποιήσεως ταύτης, οἱ δὲ συνιστῶντες τοιαῦτα εἶπον· τίς; φασί, χρεία κτλ.* (p. 131, 10). Cf. eund. lin. 16 sqq. et Epilegomena nostra.

Eust., p. 1957, 5 sqq. ἡ λύcιc, ὅτι cυνῳδὰ ταῦτα τοῖc Ἰλιακοῖc, ἔνθα **ἐριούνιον** αὐτὸν καλεῖ, καθὰ καὶ ἐν τοῖc πρὸ τούτων (θ 322), ὁ δὲ **ἐριούνιοc** ἐκ τῆc ἔραc παραφωνεῖται. καὶ τὸν Ἡρακλῆν δὲ εἰc Ἅιδου Ἑρμείαc πέμπει cὺν Ἀθηνᾷ, ὅτε τὸν Κέρβερον ἀνήγαγε (λ 626).

Mª l. c. **Κυλλήνιοc** δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται ἢ ἅπαξ. οὐκ ἔξω λόγου, καὶ **cῶκοc** (Υ 72), καὶ **ἤιοc** Ἀπόλλων (Ο 365. Υ 152).

ἀλλὰ πῶc αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόμαται κατίαcιν, ὡc ἐν Ἰλιάδι; οὐδὲν κωλύει καὶ παραπέμποντοc αὐτάc τινοc. **ἀλλ' αὗται καὶ ἄταφοι κατίαcιν**. ἴcωc διά τι καθάρcιον, ἢ διὰ τὴν Ἑρμοῦ πρόνοιαν κηδομένου τοῦ Ὀδυccέωc διὰ τὴν cυγγένειαν.

ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰc Ἅιδου λευκὴν εἶναι πέτραν (ω 11). τὰ πρὸc τὴν ἡμέραν ἐcτραμμένα αὐτῆc λευκαίνεται.

ἄκαιροc δὲ καὶ ἡ Ἀχιλλέωc καὶ Ἀγαμέμνονοc ὁμιλία (ω 20 sqq.), **καὶ Ἀγαμέμνων οὐκ ἀγείρει τὴν cτρατιάν** (ω 116), **ἀλλ' ὁ Νέcτωρ** (Λ 767 sqq.). εὐκαίρωc ἀναπληροῖ τὰ ἀλλαχοῦ παραλειφθέντα.

Eust., l. 9 sqq. **ἔτι γελοῖόν φαcι μεθ' οὕτω πολὺν χρόνον ἄχνυcθαι τὴν Ἀγαμέμνονοc ψυχήν, ὡc προcφάτωc θανοῦcαν, καὶ τοῖc ἑταίροιc cυνολοφύρεcθαι.** ἡ λύcιc, ὅτι πρὸc αὐτῷ τῷ θανάτῳ τοιοῦτοc ὢν ὁ Ἀγαμέμνων φυλάccει διὰ τέλουc τὸ οὕτω φαίνεcθαι. ταῖc γὰρ ψυχαῖc κατὰ τὸν ποιητὴν τὰ τῶν ἄνω παθημάτων εἴδωλα καὶ κάτω διηνεκῶc ἐμφαντάζονται, καθὰ καὶ ἡ πρώτη Νεκυία (e. c. v. 38 sqq.) ἐδήλωcεν.

---

1 Eustathiana, quae quidem cum scholio M non prorsus congruant sed additamenta quaedam habeant, suis locis scholii verbis inserui; cf. Epilegg. 7 ὡc om. M; habet vulg. 8 οὐ... .ω. ύει (litt. nonnullae eros.) M αὐτὰc τινὸc M 12 ἐcτραμμένα, prius ἐ e corr., M; τετραμμένα coni. Polak 13 ἡ ante Ἀγαμ. repetit M 14 cτρατείαν M; οὐ κατέχων τὴν cτρατιὰν coni. Polak 15. 16 παραληφθέντα ⟨ει supr. η script.⟩ M

---

1 sqq. Schol. Townl. *Υ* 34 et Eust. *Υ*, p. 1194, 40, poetis tragicis hunc v. *ἐριούνιος* usum tribuunt; cf. Apollon.: *ἐριούνιος ἐπίθετον Ἑρμοῦ, ὁ μεγάλως ὀνίσκων, τουτέστιν ὠφελῶν· οἱ δὲ νεώτεροι τοῦ χθονίου, παρὰ τὴν ἔραν.* Adde schol. RV Ar. Ran. 1144 (*τὸν ἐριούνιον Ἑρμῆν χθόνιον προσεῖπε*): *πρὸς τὴν ἐκδοχὴν τοῦ ἐριουνίου, ὅτι οὐκ ὀρθῶς*, Anton. Lib. fab. 25; Et. M. h. v., Gud. p. 208, 32.

7 Ariston. *Χ* 362: *σημειοῦνταί τινες, ὅτι μόνη κάτεισιν εἰς Ἅιδου ἡ ψυχή, καὶ οὐ δεῖται τῆς Ἑρμοῦ παραπομπῆς.*

8 sqq. Cf. A *Ψ* 73 Ariston.: *ἡ διπλῆ δὲ ὅτι ἐκτὸς τοῦ ποταμοῦ ὑποτίθεται τὰς τῶν ἀτάφων ψυχάς .... ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ ἀθετούμενα ἐν τῇ Νεκυίᾳ.* — Neque schol. *B *Ψ* 71 neque quod ex eo pendet H *ω* 187 ex hac quaestionis parte derivata sunt. Usus ea est Eustathius, non solum p. 1957, 15 sqq., ubi *ἀπορία* tantum affertur, sed etiam p. 1951, 1 sqq.

11. 12 Id. Eust., p. 1957, 12. 13; cf. p. 1951, 51 sqq.

15 sqq. Cf. Eust., p. 1957, 18 sqq.; 1951, 62 sqq.; 1954, 32 sqq.

πῶς δὲ καὶ τὸ cῶμα διέμεινε τοῦ Ἀχιλλέως ἐπὶ τοcαύτας M^a l. c.
ἡμέρας (ω 65); διὰ τὴν Θέτιν, ὡς καὶ τὸ Πατρόκλου (Τ 38).

ἀλλὰ καὶ τὸ ἀριθμεῖν τὰς Μούςας (ω 60) οὐχ Ὁμηρικόν. τί κωλύει ἅπαξ;

ἄλογον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν νεῶν ὄντων αὐτῶν λέγειν, ὅτι δείςαντες τὰς Νηρηίδας ἔφυγον ἐπὶ τὰς ναῦς (ω 50). ἀπὸ τοῦ τῶν Μυρμιδόνων ναυςτάθμου ἔφυγον ἐπὶ τὰς αὐτῶν ναῦς.

πῶς δὲ καὶ ὁ Ἀμφιμέδων ἐπίςταται τὴν ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐπιβουλήν (ω 150 sqq.); ἐκ τῶν εἰκότων τεκμαίρεται.

τίς, φαςί, χρεία τοῦ δευτέρου τῆς Νεκυίας ἐπειςοδίου; ἡ Eust., l. 2 sqq.
λύςις, ὅτι αἴτιον ἡ τῆς ποιήςεως πολύφωνος ποικιλία, καὶ ὅτι καὶ ἕτερα παρὰ τῷ ποιητῇ πολλὰ κεῖνται ὁμοειδῆ, οἷον μονομαχίαι κατὰ πρόκληςιν καὶ ςφαγαὶ κατὰ τύχην ὅμοιαι καὶ προςώπων μεγαλαυχίαι ταυτότητα ἔχουςαι.

καὶ ἄλλως δὲ ἐκ τῆς κατὰ τὴν ςτιχοποιίαν δεινότητος τὸ ποίημα M^a l. c.
τὸν Ὅμηρον ὁμολογεῖ.

50. ad lin. 6.

187. schol. **H** (f. 145^b) non e Quaestione athetesi prioris huius libri partis obloquenti, sed ex ea, quae ad Ψ 73 servata est, excerptum ibique editum est.

192 sqq. ἀπρεπές φαςι παρέντα τὸ ςυμπαθεῖν τῷ Ἀμφιμέδοντι ἐπαι- Vulg. Dind.
νεῖν τὸν Ὀδυςςέα. οὐκ ἀπεοικὸς δὲ διὰ τὸ αὐτὸν ὑπὸ τῆς ςυνοικούςης M^a f. 286^a
τὰ κάκιςτα πεπονθέναι.

205. cf. ad λ 188.

---

6 fuit νηρηηίδας, sed alter. η delet., M 7 φ v. ἔφυγον e corr. M τὰς αὐτῶν v. M 16 add. M: καὶ νεκυοματίαν ⟨sic⟩ μὲν ἄν τις εἰκότως τὴν λ εἶπεν, νεκυῖαν δὲ ταύτην 21. 22 inc. M: ἐπαινεῖ τὸν ὀδ. οὐκ ἀπεοικῶς 22 διὰ καὶ τὸν αὐτὸν M, διὰ τὸ καὶ τὸν αὐτὸν vulg.

---

1 Aliter Eust., p. 1957, 5 sqq.: *τὸ λέγειν δὲ περὶ ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν πυρκαϊᾷ τὸν Ἀχιλλέα δοθῆναι ἀγνοοῦντός ἐστι, φασί, τὴν Ὁμήρου περὶ ταφὰς δόξαν*, solutione non addita.

3 Cf. Ariston. *Λ* 270: *ὅτι ποτὲ μὲν ἑνικῶς, ποτὲ δὲ πληθυντικῶς Εἰλειθυίας λέγει, ἀριθμὸν δὲ αὐτῶν οὐδὲ ὀνόματα παραδίδωσιν, ὥσπερ οὐδὲ Μουσῶν.* — Alteram rationem, hanc quoque Aristarcheam (schol. Townl. *Ω* 720), Eust. addidit, l. 13 sqq.: *ἔτι μέμφονται τὸ τὰς Μούσας αὐτὰς παρεῖναι τῷ θρήνῳ τοῦ Ἀχιλλέως . . . . . οὐχ Ἑλληνικὸν γάρ φασι τοῦτό γε ἀλλὰ βαρβαρικόν* (cf. id. *Ω*, p. 1372, 23, et Spohn, de extr. Od. parte, p. 36); solutionem idem non attulit.

6 † Q v. 50 (Dind.; c. l. *ἔβαν κοίλας ἐπὶ νῆας*): *ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου τῶν Μυρμιδόνων ἐφοίτων ἐπὶ τὰς ἰδίας ναῦς.*

15. 16 Contradicere videntur iis, quae apud Eust., p. 1953, 44 sqq., de Achillis funere, quod verbis narretur *ἀφελῶς προηγμένοις ἤδη δὲ καὶ εὐτελῶς τῆς Ὁμηρικῆς μεγαλονοίας οὐκ ἀξίοις*, leguntur.

*B f. 116a (I 90). Leid. f. 183b (ibid.), *Π*.

208. ὅλου βιβλίου ἐδέηcε Δωροθέῳ τῷ Ἀcκαλωνίτῃ εἰc ἐξήγηcιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλιcίου. τρία δέ φηcι ζητεῖcθαι περὶ τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ cημαινομένου, εἰ ταὐτὸ δηλοῦται τῷ παρὰ Ἀττικοῖc, καὶ δεύτερον περὶ τῆc ὀρθογραφίαc, πότερον διὰ διφθόγγου ἡ πρώτη ἢ διὰ τοῦ ἰῶτα, καὶ τρίτον περὶ τῆc προcῳδίαc, πότερον παροξύτονον ἢ προπαροξύτονον. τὸ μὲν οὖν δηλούμενόν φηcιν οὐ πολλῆc cκέψεωc δεῖcθαι, οὔτε παρὰ τῷ ποιητῇ οὔτε παρὰ τοῖc Ἀττικοῖc. οἶκον γάρ τινά φηcι μέγαν Ὅμηροc τῶν ἐν ταῖc ἐπαύλεcι καταcκιαζόμενον, πῦρ δὲ ἐν αὐτῷ καίειν καὶ κοιμᾶcθαι τοὺc ἐργάταc cὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοιc. κλίcιον δὲ αὐτὸ προcηγόρευcεν ἀναλόγωc τῇ κλιcίᾳ, ἥτιc cτρατιωτικὴ cκηνή ἐcτιν αὐτοcχέδιοc. ἀπὸ γὰρ τοῦ κλίνω, ἐξ οὗ καὶ κλιντὴρ καὶ κλιcμόc (καὶ οἱ μὲν ἔχοντεc ἀπέρειcιν τοῖc ὤμοιc κλιcμοί, οἱ δ' ἄλλοι θρόνοι), Ἀττικῶc δὲ κλιντήριον τὸ μικρὸν κλινίδιον λέγεται. τὸ οὖν χωροῦν κλίναc πολλὰc καὶ θρόνουc κλίcιον ἐκάλεcαν, ᾧ τρόπῳ καὶ τὸν κοιτῶνα ἡμεῖc ἐκαλέcαμεν, δωμάτιον δὲ οἱ Ἀττικοὶ [τὸν ἀφ' ἡμῶν κοιτῶνα] ἔλεγον, Ὅμηροc δὲ θάλαμον. *ἄλλο δὲ τὸ παρὰ Ἀττικοῖς κλί-*

---

1 abbreviate βιβλίου B, e simili codice βίου Leid.; βιβλίου plene Harl. 5693 (f. 113b) 2 παρὰ τοῦ αὐτοῦ BL 4 διὰ τὴν ὀρθογραφίαν, corr. Bekk. 7 γάρ φηcί τινα L 8 τὸν ἐν τ. ἐπ. L καταcκευαζομένων B 12 ἀπερείcειν L 14 κλιcίδιον B ἐκάλουν L 15 ὑφ' ἡμῶν Valcken.; ἐφ' ἡμῶν Kammer 16 sq. de verbis contra codd. BL auctoritatem additis v. infra ad h. v.

---

1 De Dorotheo cf. Epilegg. — Scholio transponendis verbis quibusdam Kammer, Porph. scholia Homerica emendatiora, (diss.) Regimont. 1863, p. 58 sqq., lucem afferre conatus est; quae quoniam parum veri similia sunt, in annot. crit. omisi. Excidisse plura quam in textu significavi vel ea re commendatur, quod neque de *ὀρθογραφίᾳ* neque de *προσωδίᾳ* (l. 4 sqq.) quicquam nunc superest.

7 sqq. Cf. Eust. *ω*, p. 1957, 51; 1958, 4. — *Κατασκιαζόμενον* e Leid. dedi memor eorum, quae Porphyrius *ζητ.* 33 (p. 328, 9) de loco *Σ* 589 habet: *κατηρεφεῖς γὰρ καὶ ἐστεγασμέναι αἱ κλισίαι* (cf. spr. l. 10) *διὰ τὸ τὴν αὐλὴν μὴ εἶναι τοιαύτην.*

10 Invertit rem Eust. *Α*, p. 78, 2: *ἔοικε δὲ ἡ κλισία ἀπὸ τοῦ κλίσιον οὐδετέρου παρονομάζεσθαι.*

11 Cf. Eust. *Α*, p. 77, 40: *κλισία δὲ ἡ αὐτοσχέδιος καὶ οὐ πολυτελὴς οἴκησις καὶ καιρική.*

12 Veriloquium v. *κλίσιον κτλ.* a v. *κλίνω* derivandorum ut non esse Dorothei ex iis, quae p. 133, 1 sequuntur, statim apparet, ita cur cum Kammero Porphyrio abiudicetur causa non suppetit.

12 † D (f. 180b, c. l. *κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε*) *α* 145: *κλισμοὶ μέν εἰσιν οἱ ἔχοντες καὶ ἀπέρεισιν* ⟨corr. Ludwich, Mus. Rh. XXXIII, p. 454, *ἅπερ εἰσὶν* cod.; *κλιντῆρα* coni. Buttm.⟩ [*ἐξέχοντα*] *πρὸς τὴν τῶν ὤμων ἀνάπαυσιν· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐπερείδουσι τοὺς ὤμους οἱ καθήμενοι. οἱ δὲ μὴ ἔχοντες θρόνοι.* De reliquis codicibus v. Ludwich, l. c. et Ind. lect. aest. Regimont. 1889, p. 33. Cf. B (f. 16a c. l. *κλισμόν*) *α* 132: *δίφρον ἀνάκλιτον* ⟨leg. *ἀνάκλιντρον*, v. Ludw. l. c., p. 29⟩ *ἔχοντα.*

16 sqq. † Vb (f. 166a) *ω* 208: *ἄλλο τὸ παρὰ Ἀττικοῖς κλίσιον. κἀκεῖνο μὲν γὰρ ἁμαξῶν καὶ* ⟨om. cod.⟩ *ζευγῶν δεκτικόν* ⟨videtur esse *δυτικόν*, corr. Dind.

σιον· τοῦτο μὲν γὰρ ἁμαξῶν καὶ ζευγῶν δεκτικόν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, φηcὶ Δωρόθεοc, ἀπὸ τοῦ κεκλίcθαι κατωνομάcθαι, τοῦ cημαίνοντοc τὸ περιειληφέναι καὶ περιέχειν, *περιέχειν δὲ ἐν μέσῳ τὸν οἶκον.*

Ἀρίcταρχοc δὲ ἑτέρωc ἐξηγήcατο· τὸ γὰρ περὶ κλίcιον θέε πάντη δηλοῦν, ὡc κύκλῳ τοῦ οἴκου cτιβάδων ᾠκοδομημένων, πρὸc αἷc οἱ θρόνοι ἔκειντο, ὥcτε ἐπ' αὐτῶν καθεζομένουc δειπνεῖν, ἐπὶ δὲ τῶν cτιβάδων κοιμᾶcθαι, ἵνα μὴ ἄλλοc οἶκοc ᾖ τοῦ Λαέρτου, ἄλλο δὲ τὸ κλίcιον, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Λαέρτου εἰρῆcθαι τὴν ἐν κύκλῳ οἰκοδομίαν τῶν cτιβάδων καὶ θέcιν τῶν θρόνων.

ἐμφαίνει δὲ ὅτι ὁ μὲν οἶκοc Λαέρτου ἐν τῷ ἐντὸc καὶ περιεχομένῳ ὑπὸ τοῦ κλιcίου, τῶν [δὲ] ἄλλων ἐν τῷ ἔξωθεν περιέχοντι κλιcίῳ *ὄντων.* κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν τῇ Ὀδυccέωc οἰκίᾳ ὁ θάλαμοc τοῦ Τηλεμάχου μέcοc ὑψηλὸc ᾠκοδόμητο, ὑπὸ τῆc αὐλῆc περιεχόμενοc· Τηλέμαχοc δὲ ὅθι οἱ θάλαμοc ὑψηλὸc δέδμητο περιcκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ (α 425). καὶ γὰρ τοῦτον τὸν θάλαμον κατὰ τὸ

2 κεκλεῖcθαι Lehrs ap. Kammer., p. 59; cf. infr. 3 de verbis a me insertis v. ad p. 132, 16 4 ἀρ. δὲ καὶ ἑτ. ἐξηγεῖται L 5 ᾠκονομημένων B 6 ἐπ' αὐτοὺc B 11 deleto δὲ insertoque ὄντων vereor ut locus sanatus sit; Kammer paullo violentius: ὅτι ὁ μὲν οἶκοc Λ. ἐν τῷ ἔξωθεν περιέχοντι κλιcίῳ, τῶν δὲ ἄλλων ἐντὸc περιέχεται ὑπὸ τοῦ κλιcίου 12 ἐν τῇ ὀδυccεια οἰκία L

ex Eust.⟩ [*ὃ νῦν Ῥωμαῖοι παρὰ τὴν* ⟨om. cod.⟩ *στάσιν σταῦλόν φασιν*]. *τοῦτο δὲ παρὰ τὸ κλείειν, ὅ ἐστι περιέχειν ἐν μέσῳ τοὺς οἴκους· φησὶ γὰρ ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη. ὅμοιον γάρ ἐστι τὸ ἐν τῇ α* ⟨?⟩· *ὅθι οἱ θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς ὑψηλὸς δέδμητο περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, ὅ ἐστι τῷ μέσῳ, διὰ τὸ πανταχόθεν σκοπεῖσθαι τῆς αὐλῆς* (idem fere Eust. *ω*, p. 1957, 52 sqq.). Quod scholium cum sine dubio e scholio ad *I* adscripto excerptum sit, quaenam fere in eo exciderint clarissima in luce ponit. Ceterum vix est quod moneamus, quae de Atticorum *κλισίῳ* (qua in forma a codicibus tradita h. l. consulto acquiesco) tradantur, e Dorothei libro Porphyrium hausisse. — Ad rem quod attinet, cf. Eust. l. c., lin. 60 (e lex. rhetorico): *κλείσιον, θυρεών, ἐν ᾧ καὶ ζεύγη ἵσταται.* Pollux IV, 125: *τὸ δὲ κλίσιον — ἔστι μὲν σταθμὸς ὑποζυγίων* (cf. etiam Hesych.; Et. M. 519, 15; Eust. *A*, p. 78, 4), quae haud scio an item h. l. inserenda sint. De *κλισίου* Homerici notione Dorotheo cum Heliodoro (v. Apollon. h. v.: *τὰς κύκλῳ καὶ ἔξω καταλύσεις εἴρηκεν*) fere convenit.

2 Constat e quaestione *Π* 68 (cf. etiam Et. M. 519, 15 sqq.), quae haud scio an partem olim effecerit disputationis a Dorotheo institutae (cf. ad Iliad. p. 209, 10; add. p. 89, 14), eos qui *κλίσιν* sim. *περιοχὴν* etc. esse vellent ab usitata scribendi ratione non discessisse.

3 Haud scio an etiam schol. M[a] (f. 287[a], c. l. *κλίσιον*) *ω* 208: *ἅπαξ εἴρηται. σημαίνει δὲ ἐξέδραν τινὰ σιγματοειδῆ, ἐν ᾗ ἔκειντο οἱ κλισμοὶ καὶ* (?) *οἱ θρόνοι* ⟨*φόνοι* cod.⟩. *ἢ κρηπίδωμα, ἐφ' ᾧ ἐκαθέζοντο ἢ ἐκοιμῶντο,* habeat quae h. l. exciderint.

4 sqq. Incertum est, utrum ipse Dorotheus, cuius verba sine dubio l. 10 sequuntur, an Porphyrius Aristarchi rationem (quae apud Apollonium h. v. recurrit) attulerit.

μέσον τῆς αὐλῆς κεῖσθαί φησι· διὸ καὶ *περίσκεπτον* ὠνόμασεν, οἷον περιφανῆ, διὰ τὸ πανταχόθεν περιέχεσθαι. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν Λαέρτου οἶκον περιέχεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ κλισίου, κατὰ μέσον ᾠκοδομημένον. τὸ γὰρ περιθεῖν τοῦτο δηλοῖ, οἷον καὶ Ἀρχίλοχος δηλοῖ (fr. 40), ποιήσας· τοῖον γὰρ αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν. ἔχει γὰρ τὸ κλίσιον ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα· πρὸς τὰς παστάδας [πρόδομος ἐξέδρα]· προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεώς τινος ἡ παστὰς καὶ ἡ προπαστὰς καὶ ὁ πρόδομος, καθάπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ· ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ, πρόσθεν θαλάμοιο θυράων (I 473). τοιοῦτο δέ τι καὶ ἐξέδρα, τῆς οἰκίας ἔξω πάσης πρὸς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ κατεσκευασμένη. οἷς δὴ παραπλησίως καὶ τὸ κλίσιον ἔξω τοῦ οἴκου.

H f. 149a. 467. *νώροπα χαλκόν.* ἔγκειται καὶ τὸ μὴ ὁρᾶν καὶ τὸ ὦπες· σημαίνει οὖν στιλπνότητα καὶ λαμπρότητα δυσόρατον.

---

1 σκεπτὸν pro περίσκεπτον BL; corr. Vill. 7 προδόμους ἐξέδρας coni. Kammer; mihi e sequentibus (l. 8. 10) addita esse videntur 9 πρόσθε L 12 H om. lemm.

---

4 Cf. Porph. *ζητ. λβ'* (p. 326, 23): *ἐπ' οἶκον κύκλῳ περιέχοντος· περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη.*

6 sqq. Cf. Amerias ap. Eust., p. 1958, 1: *κλίσιον τὸ πρόστῳον ἴσως παρὰ Ἴωσιν*, Hesych.: *κλισίον· προστάς, πρόστωον. καὶ βοῶν στάσις κτλ.*

8 sqq. Cum Porph. *ζητ.* 33 (p. 329, 26) hunc ipsum locum aliter interpretetur, hanc quoque scholii partem ad Dorotheum refero. Cf. etiam (ad l. 10) schol. Ma ad p. 133, 3 allatum.

12 sqq. Verbis paullulum mutatis e Porph. *ζητ. θ'* (p. 294, 24) excerpta.

EPILEGOMENA.



Caput primum.

1.

De causis acturis, quibus adducti tot Odysseae scholia nullum originis vestigium prodentia ad Porphyrium rettulerimus, inde proficiscendum est, ut quaenam codicum, quibus ea debentur, in scholiis clara et testata propter documenta ad eum referendis sit auctoritas quaeratur. Tam iniqua autem hac quoque in re Odysseae scholiorum cum altero carmine comparatorum est condicio, ut, nisi quaestionibus in Iliadis codicibus traditis diligenter examinatis certa quaedam essent iacta fundamenta, vix futurum fuerit, ut solis Odysseae codicibus nixi haberemus unde proficiscentes aliqua cum veri specie argumentando divinandove progredi possemus. Quamvis enim codicibus quibusdam cum primi tum diligentius quam Guilelmus Dindorfius hanc in rem intenti usi simus, vix quadraginta totius carminis nobis occurrerunt scholia Πορφυρίου illud in fronte gerentia vel verba quaedam ut e penu eius petita afferentia, quem numerum quattuor Iliadis inde ab initio carminis librorum, quae codex Leidensis eiusque similes servaverunt, scholia aequant. Quod quamvis ita se habere magnopere sit dolendum, tamen non solum nominis illius non minorem quam in alterius carminis scholiis esse auctoritatem, sed etiam, si vel paucioribus locis vel nusquam adeo esset adscriptum, Iliadis scholiorum et Vaticano Ὁμηρικῶν Ζητημάτων codicibus adiuvantibus ex Odysseae scholiorum farragine certum quendam Porphyrianarum quaestionum numerum posse constitui statim apparebit.

Ut igitur a primo Quaestionum libro[1]), quem codex Vaticanus 305 servavit, ordiamur, e prima quam exhibet quaestione v. ἐπήβολος (β 319) explicationem additis verbis φησὶν ὁ Πορφύριος codices HDEM (H et M supra, p. 31, 25, edidimus) verbisque paullum ab his discrepantibus codex B afferunt; praeterea scholium E γ 245 e quaestione ιδ' verbis nonnihil mutatis excerptum (v. Iliad. p. 305, 1 sqq.) Πορφυρίου in margine adscriptum habet. Haec quidem omnia; neque multo pluribus locis scholia e reliquis Quaestionum libris derivata, quae Iliadis codicum auctoritate fisi Porphyrio vindicavimus, in alterius carminis codicibus eundem auctorem nuncupant, si quidem quinquies[2]) tantum (β 1 et

1) Infra, cap. II, 1, huic libro aestimando curas secundas impendimus.

2) Scholio enim α 33 in codice Vaticano 1320 ad Porphyrium relato cum scholio Leidensi Z 488, quod eidem auctori tribuitur, alia quaedam condicio intercedit (cf. p. 6, 6).

γ 94 in cod. D; δ 662 in cod. Q; θ 496 et λ 634 in cod. Vd) Porphyrii nomen scholiis adscriptum est, quae etiam Iliadis scholia Leidensia[1]) vel Scorialensia[2]) ad hunc referri iubent.

Sed longe maior eorum est numerus Odysseae scholiorum, quae omisso auctoris nomine eadem fere referunt, quae et in Vaticano codice et addito nomine inter Iliadis scholia leguntur, aut partem eorum exhibent aut ex iis excerpta sunt. Ita, ut pusilla quaedam suis locis diligenter indicata nunc mittam neque quantum ex iis quas dixi quaestionibus in Odysseae codices transierit nunc quidem curem, fluxerunt[3]) e

quaestione Vaticana	scholia
α′	β 318. 19 et ο 297
β′	ζ 265
γ′	υ 27 et η 339
ζ′	δ 442
θ′	α 44 sqq.
ια′ et ιβ′	σ 1. 6. 75
	η 64
ιε′	β 315 et ζ 330
ιζ′	β 152
κγ′	ε 182
λ′	δ 477
λα′	ε 404;

e reliquis autem quaestionibus, quae, cum in Vaticano non adsint, in Iliadis tantum codicibus originem suam produnt, neglectis iisdem, quas modo non curavimus, in ipsa editione non dissimulavimus, rebus,

scholio Β 467[4])	fulciuntur scholia ζ 103 et ι 51
Β 649	τ 174
Γ 196	ψ 235
Ε 533	θ 186
Ε 695	α 288 et δ 12
Ε 778	ε 337
Ζ 15	ζ 305
Ζ 491	δ 122 et η 105,

1) Cum scholio β 1 scholium Leidense Θ 1 (p. 112—113, 20) congruit, cum δ 662 schol. Λ 356, cum λ 634 schol. Ε 741; γ 94 e scholio Δ 434 excerptum est.

2) Scholium Κ 413, cui θ 496 est simillimum, in hoc codice Porphyrio tribui, A. Ludwich attulit, Annal. philol. 1889, p. 132.

3) Cum (brevitatis quidem causa) e quaestionibus Vaticanis fluxisse dicam scholia, me non ex ea quae eo codice servata est forma ea repetere omnia, e Prolegomenis Iliad. p. 346 apparet.

4) Hoc quidem loco et Γ 196 Porphyrii nomen codicibus Harleiano 5693 (de quo vid. cap. I, 3) et Etonensi debetur, illi soli Ε 533; Θ 520 e cod. Paris. 2681 editum est; reliquis omnibus in Leidensi codice nomen auctoris adscriptum est, plerisque eorum etiam in Harleiano (praeter Ι 308, Κ 260, Λ 354, Μ 103, quae scholia in eo codice desiderantur); est ubi etiam Scorialensis originis memoriam servaverit (cf. praeter Quaest. Iliad. Ludwich, Annal. phil. 1889, p. 130 sqq.).

scholio Θ 1 fulciuntur scholia β 1, ε 422 et 445[1])

Θ 520	θ 321
Θ 555	ζ 74
Ι 308	α 1
Κ 260	α 262
Λ 354	ξ 311
Μ 103	ε 281
Ν 824	ϲ 79
Ξ 275	ι 276
Ψ 71	ω 187
Ψ 259	γ 274.

Cum igitur quadraginta fere locis — nam etiam quaestiones Vaticanae, quas p. 138 indicavimus, praeter α′, κγ′, λα′, quarum inter Iliadis scholia vix erat locus, in huius carminis scholiorum codices transierunt — Odysseae codices vel easdem quaestiones vel fragmenta modo uberiora modo exiliora earundem quaestionum, quae addito Πορφυρίου in alterius carminis codicibus adsunt, exhibeant, non solum scholiis Odysseae nominatim ad Porphyrium relatis, quorum Iliadis codicum auctoritas non accedat — sunt autem fere triginta[2]) —, quam maxime fidem esse habendam apparet (nisi forte, qua de re capite III videbimus, uni alterive per errorem nomen adhaesit), sed etiam — id quod longe est gravius — Odysseae eandem atque Iliadi cum Porphyrii quaestionum Corpore intercedere condicionem efficitur. Itaque cum accedat, quod indoles quoque quaestionum de huius carminis difficultatibus agentium eadem est atque earum, quae ad Iliadem servatae sunt — qua de re capite II paullo plura afferenda erunt —, neque magis quam illic alterius cuiusdam quaestionum collectionis vestigia adsint, eodem quo in priore libro nostro pervenimus, ut non solum scholia quae modo enumeravimus, sed omnia, quaecumque quaerendi forma utantur vel certas ob rationes e zetemate aliquo repetenda sint, nisi causae adsint quae obloquantur (qua de re capite III agendi erit locus), Porphyrio vindicemus.

Iam ad singulorum codicum in scholiis Porphyrianis auctoritatem ut transeamus, ceteris eo nomine, quod longe plura quam illi ad auctorem eum nominatim referunt, duo excellunt, Parisinus (D) et

1) Primum horum scholiorum iis, quae Iliad. p. 112, 4—13, secundum iis, quae ibid. p. 114, 4—11, tertium iis, quae ib. p. 114, 20—23 edidimus, respondet. Praeterea ea, quae cum scholio Leidensi Θ 1 fere congruentia ad β 1 in codice D adiecto Porphyrii nomine legi p. 138, 1 significavimus, in codice E in formam redacta breviorem (= p. 73, 12—74, 8 Dind.; cf. ad Iliad. p. 112, 4 sqq., ubi Q, quod Dindorfium secuti litterae E adiecimus, delendum est) recurrunt.

2) Quadraginta enim illis, quae p. 137 numeravimus, septem octove, quae Vaticano et Iliadis codicibus fulciri ibidem diximus, demendi sunt; reliqua, quoniam statim, ubi de variorum codicum auctoritate agimus, afferuntur, h. l. singillatim enumerare supervacaneum est. Accedunt autem ad triginta illa schol. κ 190 (Vd, H, T) in Gregorii Corinthii codice (cf. Prolegg. Il. p. 468) et λ 316 (H, T) in Eustathii codice ad Porphyrium relata. De Porphyrii memoria ad δ 551 ab eodem Eustathio servata v. ad p. 48, 11.

Vindobonensis(Vd); in illo enim septendecim[1]), in hoc quindecim[2]) locis aut Πορφυρίου vel similia scholiis addita aut in ipsis scholiis φηcὶν ὁ Πορφύριος, κατὰ τὸν Πορφύριον sim. allata leguntur; proxime sed satis iam longo intervallo ad hos accedit Ambrosianus E octo[3]) locis eandem originem scholiorum vel verborum quorundam prodens. Et hos quidem codices non omnes Odysseae continere rhapsodias aut non omnibus habere scholia adscripta cum notum sit, tum infra repetetur; multo igitur iniquior Harleiani libri est condicio carmen integrum prioremque eius partem (α — μ) scholiis large instructam exhibentis; nam quinquies[4]) tantum (schol. γ 151. 295, bis η 104; praeterea, de quo p. 137 egimus, β 319) Πορφυρίου vel similia leguntur. Marcianus(M), Hamburgensis, Ambrosianus B codices paucioribus etiam locis[5]) habent. Sed compensatur cum aliorum codicum tum Harleiani hac in re vitium eo, quod multa ex iis scholiis, quae in aliis aut Iliadis aut Odysseae codicibus ad Porphyrium nominatim referuntur, hi quoque, quamquam nomen auctoris omissum est, continent atque ita continent, ut meliore saepe forma quam scholia eo nomine insignia utantur. Et B quidem codicis in his studiis exiguae sunt partes; Hamburgensis autem viginti fere, Marcianus plus viginti, Ambrosianus E fere triginta, Harleianus quinquaginta fere scholia habent aliorum utriusque carminis codicum auctoritate Porphyrio tribuenda, ut etiam ad scholia Parisina et Vindobonensia suo nomine Porphyrium auctorem nuncupantia nonnulla accedunt eam quam dixi ob causam ad eundem referenda.

2.

Cum Porphyrii nomen scholiis adscriptum, quamvis magni sint faciendi codices in quibus adest, non una sit res, in qua maior minorve dignitas eorum versetur — nisi forte quis Iliadis codici Veneto B propterea primas partes tribuere nolet, quod auctoris nomen omittat —, re quasi ipsa eo pervenimus, ut de eorum codicum, quibus haec editio nititur, scholiorum et aetate et condicione, quatenus eorum copia nobis suppeditat, generatim disputemus. Qua disputatione tantum abest ut

---

1) Praeter schol. β 1, β 319, γ 94 supra (p. 137 sq.) allata: α 215. 263. 264. 378. 389, β 51. 67. 165, γ 71. 147. 151, δ 793, θ 583, ι 5.

2) Praeter θ 496 et λ 634 (cf. l. c.): ε 93, θ 351. 583, ι 5. 25. 383. 491, λ 309. 489, ρ 291, φ 145, χ 233, ψ 337.

3) Praeter β 319 et γ 245 (cf. l. c.): α 68 (vel 70, cf. ad p. 6, 15). 185. 215 (non recte enim a Ludwichio, progr. IV, p. 11, 9, ad v. 216 referri, cap. III docebimus), γ 151. 332, ε 93.

4) Scholium ι 197 e Paralipomenis desumptum hic non est numerandum.

5) Marcianus (praeter ι 197) tribus locis (β 319, γ 151, θ 351), Hamburgensis duobus (γ 151 et δ 505, e quibus altero errori deberi videtur; v. cap. III), Ambrosianus B uno (β 319). Eorum codicum Marcianus integrum carmen continet, Hamb. versu ξ 67, Ambros. versu φ 134 terminatur. Addendum est, codicem Vaticanum 1320 (cf. p. 137, 2) a Ludwichio inspectum scholia α 33. 68. 98. 215 (cf. not. 3) ad Porphyrium referre; Ambros. Q cur h. l. omiserim, cap. I, 3 patebit.

quaestionem de condicione, quae aliis cum aliis codicibus intercedat, ad finem nos esse perducturos speremus, ut textus paucissimis tantum locis rationem nos habere potuisse libere profiteamur; ad scholiorum autem Odysseae stirpem constituendam aliquid nos esse allaturos confidimus, praesertim cum nonnumquam accidisse, ut alia sit scholiorum, alia textus codicis cuiusdam origo nemini sit ignotum.

Dignissimus igitur qui agmen ducat Musei Britannici codex est Harleianus 5674. Codex, de quo breviter egerunt Maunde Thompson (Class. Review II, p. 103) et editores speciminum a Societate Palaeographica publici iuris factorum (ser. I, ad tab. 85, versus ϲ 390 — τ 2 exhibentem), est membranaceus, folia continens 150 numeris signata[1]) alta $0{,}274^{m}$, lata $0{,}18^{m}$. In primi horum foliorum pagina adversa ὑπόθεϲιϲ Ὀδυϲϲείαϲ Ὁμήρου legitur, quam Dindorfius p. V. VI edidit, tum, praemisso ἄλλη, argumentum a Dindorfio p. 7, 5—11, a Ludwichio, progr. I[2]), p. 4, 1—6, editum. Addidit huic in fine manus posterior quaedam: ὑπόθεϲιϲ Ὀδυϲϲείαϲ ~ ἃ θεῶν ἀγορῇ Ὀδυϲϲηίδα Παλλάδι θάρϲοϲ, tum argumentum a Ludwichio p. 5, 2—8 editum et, interiecto ἄλλωϲ, verba Heracliti: ἀπὸ τῆϲ ἐναγωνίου καὶ πολεμικῆϲ Ἰλιάδοϲ — ὁμοιωθεῖϲα γὰρ γέροντι ἥκει (= p. 7, 21 — 8, 3 Dind.; p. 5, 9 — 15 Ldw.). Imae paginae alia quaedam manus recentior

Ὁμήρου ὀδύϲϲεια *omeri odyssea*	φρά μαξίμου

appinxit, quibus ab altera recentiore etiam subscriptum est *Homeri Odissea.* Pars aversa primi folii scholiis impleta est; textus f. 2^a incipit, finitur f. 150^a; finito librarius qui textum scripsit versus φυγὼν Ὀδυϲϲεὺϲ τὸν μαχηϲμὸν Ἰλίου — υἱοῦ χεροῖν τέθνηκεν ἐν τῇ πατρίδι a Dindorfio p. VII editos addidit. In eadem pagina *Antonii Seripandi et amicorum* scriptum est; in altera autem eiusdem folii pagina sententias a variis manibus (nonnullas etiam Latine) exaratas exhibente μαξίμου ab eademque manu in ima pagina τοῦ ἀδελφοῦ ἀνδρείου legitur, quibus nominibus iterum et ab eadem quidem manu, quae haec in f. 1^b scripserat, Ὁμήρου ὀδύϲϲεια *omeri odyssea* interiectum est.

Textus saeculo tertio decimo ab una manu exaratus est, nisi quod in fol. 46^b altera manus eiusdem aetatis litteris paullo magis inclinatis usa versus θ 189 — 216 scripsit. Singulae paginae quadragenos singulos versus habere solent. Unum fol. 7, quod ab eo qui scholia scripsit codici insertum esse videtur, scholia tantum continet, ita ut versum α 408, quo f. 6^b finitur, in f. 8^a α 409 sequatur.

Et de textu quidem nonnulla etiam e Britannorum quos attuli libris peti possunt; scholia autem cum pauca quaedam ab eodem qui textum scripsit, codici appicta sint, tum longe plura alteri debentur librario,

1) Praecedit folium numero non addito, in aversa parte versus ἢ πολὺ Ϲειρήνων λιγυρωτέρη κτλ. (v. Dindorf.) et alia quaedam momento carentia a manibus plerisque scholiorum recentioribus scripta exhibens.

2) Vid. de hac nota in Praefatione extr.

quem saeculo tertio decimo exeunte vel quarto ineunte non esse superiorem existimaverim. Antiquiora autem scholia, quae, si qua attuli (velut ι 56), **H** txt. vocavi, exigui sunt ambitus vixque ullius ad rem nostram parvique, si modo recte de iis mihi iudicium informavi, in ceteris rebus in Homeri scholiis tractari solitis momenti, ita ut haud magnopere sit dolendum, quod alter ille quem dixi librarius in foliis quibusdam (velut f. 14. 15. 18ª), ut loco eorum nova scriberet, ea delevit. Huius autem ad scholia quod attinet, in hoc quoque codice id quod in tot aliis mihi accidit, ut primo adspectu duas tresve manus discernere posse mihi viderer, cum autem singula scholia ad singulos librarios revocare volebam, quo diutius codici excutiendo operam impenderam, eo magis haererem, donec intellexi, pleraque uni eidemque deberi manui, sed quae variis temporibus operi intenta fuerit ductumque calami variis codicis locis, quibus scholia appingeret, accommodarit. Haec me non ita dicere, quasi hunc unum codicem omni scholiorum aut glossarum recentiorum additamento carere existimem, vix est quod moneam[1]), sed cum scholia Porphyriana aliaque in hac editione allata inter ea non occurrant, pluribus h. l. de iis agere aut notis quibusdam adiectis a vetustioribus ea secernere non opus est.

Una igitur **H** littera unius librarii, eius qui post scriptorem textus codici operam impendit, scholia, quae e variis singularum paginarum locis, adiecta nonnumquam aut int. aut intermarg. nota, attulimus, significari scito. In locis enim, quibus librarii huius scholia appicta sunt, indicandis summa diligentia usi sumus, quoniam ad iudicium de origine scholiorum ferendo haec quidem res quam maximi esse potest momenti. Adsunt igitur scholia in libris uberi horum fructuum proventu insignibus ubique fere, ubicumque prioris librarii manus, quae et ipsa inter versus poetae et in marginibus et interiore et exteriore pauca quaedam exaraverat, liberum reliquerat campum: non solum iis, quos modo nominavi, locis, sed etiam supra textum infraque et inter textum scholiaque marginibus appicta. Qua in re ita egit scriptor, ut — quod mireris sane — prius ea scholia quae, utpote quae inter textum et scholia marginalia posita sint, brevitatis causa intermarginalia appellare liceat, tum demum reliqua scriberet; ut enim locis nonnullis versus scholiorum marginalium propter angustias, ut ita dicam, in quas in regione a scholio intermarginali occupata adducebantur, breviores, quam supra sunt et infra, facti sunt, ita intermarginalia marginalibus ut accommodarent sese fuisse coacta non observavi. Quid, quod etiam interioris prius quam exterioris marginis scholia scripta videntur esse, siquidem in ultimis codicis foliis, quamvis propter tristem scholiorum penuriam exterior margo satis superque loci suppeditaverit, etiam interior paginae ora multo illa angustior parumque ad scribendum habilis scholia gerit. Sed de hac quidem re utcumque iudicabis: tantum concedes patere, non solum intermarginalia, sed etiam interioris marginis scholia, quippe quae librarius reliquis

1) Exempli gratia in f. 14ᵇ gl. Υ 83 (= p. 127, 4. 5 D.) ab alia atque ea est, quae pleraque scholia et glossas scripsit, manu originem ducit.

immiscere veritus sit, originem habere peculiarem.[1]) Minime igitur mirum, quod ad versus nonnullos duobus unius paginae locis eadem res affertur, ut f. 45[b] ad θ 142[2]) in margine ext.: οὔτε Ἀρίσταρχος οὔτε Ἀριστοφάνης οὔτε Ζηνόδοτος ἐπίστανται τοῦτον τὸν στίχον, in int. autem: οὗτος ὁ στίχος ἐν ταῖς Ἀρισταρχείαις ⟨-ίαις cod.⟩ οὐ φέρεται, vel f. 82[b] ad ν 320 ext. (c. l. ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἔχων κτλ.): νοθεύονται δ' στίχοι — ἀνέχονται (= p. 573, 1—7 D.), int. autem: νοθεύονται· οὐκ ἂν παρούσης τῆς Ἀθηνᾶς θεοῖς ἀναθήσει τὴν σωτηρίαν, vel f. 95[a] ad ο 417 ext.: κυρίως γυναῖκα εἶπεν . . . ⟨vac. spat.⟩ ὡς ἄνδρα τὸν ἄνθρωπον. ὄνομα δὲ αὐτῇ Δαήνη. ταῦτα δὲ ἴσως Φοίνικες Λαέρτῃ διηγήσαντο, πολυτίμητον ἀποφαίνοντες τὸν παῖδα, Λαέρτης δὲ Εὐμαίῳ διηγήσατο, int.: ταῦτα οἱ Φοίνικες ἴσως Λαέρτῃ διηγήσαντο, πολλοῦ ἄξιον αὐτὸν ἀποφαίνοντες, vel, ut Porphyriana denique afferam, in f. 41[a] ad η 104 non solum in scholio marg. exter. nominatim ad hunc auctorem relato verba leguntur (p. 66, 1): μήλοπα καρπὸν ἔφη τὸν μήλῳ ἐμφερῆ κατὰ χροιάν, sed etiam schol. intermarginale adest: Πορφύριος τὸν σῖτόν φησιν, ὡς χροιὰν μήλου ἔχοντα.

Neque tamen reliqua scholia praeter ea quae in interiore margine leguntur et intermarginalia librarius omnia ita codici suo intulit, ut ab initio usque ad finem versuum ordinem sequeretur, sed est ubi ad locos, quibus scholiis exornandis antea iam curam impenderat, reversus alia e quarto quodam, ut conicere in promptu est, fonte petita prioribus, utcumque foliorum spatia sinebant, addiderit. Inde explicandum est, quod quaestionis Vaticanae θ' non solum duae partes (δέδορκε τὸ ἄγαν στίλβον — καὶ στίλβον et γλαυκιόωντες δὲ οἱ λέοντες — ἀποδέχεσθαι = Quaest. Il. p. 295, 5—11 et p. 295, 13 — 297, 11) artissime inter se coniunctae (solo enim signo: ~ interposito diremptae sunt) in f. 2[b] et f. 3[a] leguntur, sed etiam, et in ipso quidem f. 3[a], tertia pars (= p. 294, 14—295, 11), partem eorum quae paullo ante iam scripta erant complexa (= p. 295, 5 — 11) addita est[3]): codices suos nimirum retractans librarius cum in quaestionis Porphyrianae, quam antea iam se codici appinxisse oblitus erat, fragmentum incidisset, omittere noluit. Indidem repetendum est, quod in quaestione Porphyriana f. 5[b] ad α 284 tradita post v. οἶκτος (p. 17, 1) non solum verba quaedam sequuntur male cum iis quae antecedunt cohaerentia (vid. ann. crit. l. c.), sed etiam scholiis quibusdam vix ullius momenti interpositis in summo demum f. 6[a] pergitur: δ' ἕλε λαὸν ἅπαντα: iis, in quae dum curas secundas agitat librarius incidit, quacumque ratione locum assignare cogitur.

1) Si quis contra diceret, Harleiani libri scholia ex uno archetypo prorsus eadem eodem modo disposita exhibente esse transcripta, ei concedendum esset, aut archetypum illud aut archetypi illius archetypum cet. eo quem indicavimus modo fuisse conscriptum.

2) Scholia neque lemmata habent neque signis appositis ad textum referuntur, sed prope vers. 141 incipiunt.

3) Cf. de horum scholiorum condicione etiam Ludwich, progr. III, ad p. 13, 4.

Sequantur fratres gemelli egregiae stirpis, cod. Ambrosianus **E** 89 part. super. et Vindobonensis phil. Gr. 133 (**Vd**). Ac de priore quidem, cuius de scholiis paullo infra agendi erit locus, nunc ex iis, quae paucis ante annis in Hermae Berolinensis vol. XXII, p. 346 sqq., disputavimus, afferre sufficiet, eum esse bombycinum[1]) et priore parte saeculi quarti decimi esse exaratum; sexto autem decimo in foliorum 1. 2. 13. 14. 18. 23. 24. 70. 79. 87 sqq. locum casu quodam infelici deletorum nova esse substituta chartacea versus complexa α 1—61, β 20—97. 235—80, γ 21—108, ζ 308 — η 12, θ 26—71. 394 sqq., ita ut ultimum duorum et centum foliorum, quae volumen nunc contineat, libro ι extremo terminetur. De Vindobonensi autem libro post Maximiliani de Karajan accuratam descriptionem, editam in Actis Academiae Vindobonensis, class. philos.-histor., vol. XXII, p. 291 sqq., quae inter ea quae de Odysseae scholiorum codicibus homo doctus protulit eo nomine longe excellit, quod suis ipsius oculis codicis examinandi ei copia erat, nuper non minore diligentia Arthurus Ludwich in progr. III, p. 5 sqq., egit. Itaque cum in rebus nonnullis ad ipsum codicem pertinentibus brevibus esse liceat, paullo plura de scholiorum libri pretiosissimi condicione, quamquam neque hanc neglexerunt illi, afferri poterunt.

Codex igitur, quem Constantinopoli emptum in Bibliothecam Aulae Imperatoriae intulit Augerius de Busbeck[2]), bombycinus est saeculi tertii decimi, altus $0{,}26^m$, latus $0{,}175^m$.[3]) Foliis constat 147 (1—8. 8^{bis}. 9—146), e quibus qui factum sit ut id, quod olim ante illud quod nunc primum est locum habebat, nunc sit duodenonagesimum, Ludwich l. c. docuit. Continet autem codex versus inde ab ε 45 usque ad ω 51, ita quidem ut ε 45—113 in f. 89, ε 114 cet. inde a primo folio suo deinceps ordine legantur. Praeter triste damnum multis et poetae et scholiorum verbis a tineis illatum non paucis locis particulae marginis avulsae sunt, foliorum autem 145 et 146 fragmenta tantum supersunt.

Et textus quidem, cuius singulae paginae binos vel quaternos et tricenos versus habere solent[4]), a librario ita exaratus est, ut, aut initiis aut finibus versuum ad interiorem marginem paginarum quantum fieri poterat adductis, scholiis quae additurus esset satis amplum spatium relinqueret. Sunt autem, si a paucissimis quibusdam recentioris originis, qualia nullus non habet scholiorum codex, discesseris, praeter glossas interlineares et brevissimas quasdam notas, quibus interior margo suffi-

---

1) Semel moneo, *bombycinos* cum dicam codices, speciem, non naturam chartae me significare (cf. Karabacek in Papyr. Archiduc. Raineri II. III, p. 129 sqq.; IV, p. 75 sqq.).

2) Cf. A. Gisleni Busbequii epist. IV (p. 391 ed. Elzev.): „*Reporto ...... librorum Graecorum manuscriptorum tota plaustra, totas naves. Sunt credo libri haud multo infra 240, quos mari transmisi Venetias, ut inde Viennam deportentur. Nam Caesareae bibliothecae eos destinavi.*“

3) Cum foliorum margines iniuria temporis valde inaequales facti sint, ipsius codicis mensuram attuli.

4) In foliis 99^a et 100^a, initio paginarum binis versibus e regione positis, paullo maior adest versuum numerus.

ciebat, duo genera scholiorum (utrumque in marginibus exterioribus), unum breviorum et lineolis compositorum exigui ambitus initiis (in foliis versis) aut finibus (in rectis) versuum adscriptis, alterum ampliorum in ipsa exteriore cuiusque paginae ora. Et haec quidem scholia, quae nonnumquam litteris aut signis ad textum relata sunt, lemmata habent plerumque rubro, aliquotiens etiam (inde a λ, quo in libro lemmata rubra desunt) atramento scripta. Intermarginalia autem illa scholia, ut hoc quoque loco eo verbo utar, initio quidem omnia rubra, inde ab eodem autem libro λ etiam nigra sunt, glossae quoque interlineares et scholia interna utriusque sunt coloris. Ceterum hoc quoque in codice, ut in Harleiano, e linearum condicione sequitur, intermarginalia prius quam exterioris marginis scholia scripta esse: ut exemplum afferam, statim in f. 1ᵃ ad ε 118 primum verba scholii intermarginalis supra v. ζηλήμονες incipientia: ἄλλο ζηλωτὴς καὶ ἄλλο ζηλήμων· τὸ μὲν γὰρ ζηλωτὸς <sic> ἐπὶ καλοῦ, τὸ δὲ ζηλήμων ἐπὶ κακοῦ, ἤγουν ζηλότυποι. γρ. δηλήμονες, tum demum in margine exteriore (c. l. σχέτλιοί ἐστε θεοί) verba: μὴ κρατοῦντες ἑαυτοὺς τῆς ὁρμῆς κτλ. (= p. 253, 19 sqq. D.) scripta esse ex ipso codice apparet. Neque dubito, quin hic quoque, ut scholiorum Harleianorum, duo statuendi sint fontes, si quidem ad μ 77 (f. 53ᵃ) non solum ad extremum versus verbum (ἐπιβαίη) schol. interm. adscriptum est γρ^αι καταβαίη (c. gl. κατέλθῃ), sed etiam schol. marg. ext. (c. l. οὐδὲ ἐπιβαίη) eodem modo incipit: . . ^αι <eros.; fuit γρ^αι> οὐδὲ καταβαίη, tum demum pergitur: ἤγουν ὅλως ἀνέλθοι κτλ. (= p. 536, 5. 6 Dind.); sed veri simile est, in archetypo iam huius codicis utrumque genus fuisse (cf. p. 147).

Vindobonensi libro cum Ambrosiano E artiorem quandam intercedere condicionem non fugerat Max. de Karajan (l. c., p. 293), bene monentem, scholiorum Vindobonensium ad α 1 — ε 44 iacturam alterius codicis copiis compensari, huius autem scholia inde ab ε 45 paene neglegi posse. Et est tanta utriusque codicis in scholiis inde ab hoc versu usque ad θ 390 (reliqua enim in cod. E recentioris originis sunt) similitudo, ut ego quidem eo progressus sim (v. Annal. phil. 1888, p. 590), ut Ambrosiana scholia e Vindobonensibus transcripta esse existimarem. Qua de re cum A. Ludwich, iudex gravissimus, aliter se sentire non dissimulavisset (progr. III, p. 6 sqq.), meum esse existimavi iterum in utramque partem rem explorare, praesertim cum paullo post quam illa scripseram ipse in discrepantias quasdam haud faciles explicatu incidissem. Etiamsi igitur negem, omnia ea quae Ludwich l. c. attulerit eius esse momenti, ut Ambrosianum ex altero codice derivare nos vetent — neque enim concedo, librarios rerum grammaticarum quas transcriberent non ignaros nihil de suo potuisse addere aut mutare (cuius rei quam maxime in pusillis quibusdam, quae vix ullius pretii sint, glossis locum fuisse, perspicuum est)[1] —, tamen cum in iis ipsis quae vir

1) Cur non, ut pauca quaedam afferam, ad ε 57 ἕως οὗ (ad ὄφρα), 67 αἶσιν (ad τῇσίν τε), 122 αὐτῇ (ad οἱ), 123 αὐτὸν (ad μιν), 125 ὁμοίως (ad οὕτως), 201 ηὐφράνθησαν (ad τάρπησαν), 207 πρὸ τοῦ (ad πρίν), 226 οὗτοι (ad τώγε),

doctus attulit, tum in iis quae ipse investigavi graviora quaedam sunt; quibus adductus in Karajani sententia esse acquiescendum confiteor, ita quidem ut paullo certius quam ille utriusque codicis scholia ex eodem fonte manasse contendam. Hac enim una ratione mirus ille plerisque in scholiis in minutissimis quibusque rebus inter utrumque codicem consensus — qualem consensum uni cod. Harleiano cum codd. P et Q intercedere infra videbimus — explicatur. Quod non temere me dicere, facilius iis qui huic libro scholiorumve Odysseae condicioni operam navabunt persuadere potui, si ad quaestiones ad ε — θ servatas utriusque codicis lectiones in criticam annotationem recepissem. Sed cum — qua de re infra agetur (v. p. 155 sqq.) — meum esse duxerim, ut codices minoris pretii, ne mole siglorum afferendorum plus quam necesse esset taedii legentibus afferrem, silentio transmitterem, nunc quidem e larga exemplorum copia quae mihi suppeditat paucissima sed eadem gravissima afferam. In utroque igitur codice ad ε 281 scholii de v. εἴcατο variis notionibus agentis (**Vd** f. 3^a, **E** f. 58^b, edit. ad p. 54 sqq.) verbis extremis per errorem aliena adhaeserunt; leguntur enim (ut initium scholii praetermittam) utrobique haec: . . . . . . εἴcατο ἐπορεύθη ⟨-θην Vd⟩ ἀπὸ τοῦ εἴω ⟨supr. εἴ in utroque script. ϊ⟩, ὡς τὸ οἵη ⟨οἵη Vd⟩ τ' Ἄρτεμις εἰcὶ κατ' οὔρεος ἰοχεαίραμον ⟨sic⟩ αὐτὸν ἐμφορηθήcεcθαι ⟨add. Vd: δυςτυχίας ἑτέρας⟩: in codice nimirum archetypo iam cum hoc scholio ultima verba scholii v. 290 (p. 273, 26—28 Dind.) coaluerant. — Item ad ε 51 in utroque codice (**Vd** f. 89^a, **E** f. 53^b, edit. p. 50, 2) legitur: . . . . καὶ οὐκ ἦν ὁμοιωθῆναι ἄλλω τινὶ θαλαccίω οὐ δὴ ἦν ⟨editur quidem τὸ εἶδοc⟩, ἀλλὰ διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ λευκὸν τῆc θέαc ⟨τοῦ θεοῦ E⟩· τοιοῦτοc γὰρ ὁ λόγοc, ὡc τῶ ἡλίω ὁ κύκνοc ὀνατίθεται, ad η 318 autem (**Vd** f. 15^a, **E** f. 77^b, edit. ad p. 115, 12): τίνοc ἕνεκεν ἄντα Ὀδυccέωc ὕπνω ἄγουcι Φαίακεc ⟨Φαίηκεc E⟩, ad θ 76 (**Vd** f. 16^b, **E** f. 80^a, edit. ad p. 73, 5 sqq.): . . . μετὰ τὴν Ἕκτοροc ἀναίρεcιν, ὅτε ὁ μὲν φαίνεcθαι παρήνει, ὁ δὲ δόλω μετελθεῖν, ad ζ 79 autem (**Vd** f. 7^b, **E** f. 65^a) duo scholia prorsus eodem modo, novo lemmate non addito, coaluerunt: ὑγρὸν ἔλαιον] τὸ ὑγροποιόν, ὡc τὸ χλωρὸν δέοc· ἢ διὰ τὸ μὴ ἀποκρυcταλοῦcθαι τοῦτο φηcίν ⟨sic⟩, ἢ διὰ τὸ μὴ εὐξήραντον ⟨-αντι E⟩, ἃ καὶ ἀμφότερα θεωροῦνται ἐπὶ τοῦ ὕδατοc: — μετὰ τὸ λουθῆναι ἀλειφθείη· τοῦτο γὰρ τὸ χυτλοῦν (haec quidem ad v. 80 pertinent). — E communi denique fonte mirum illud lemma explicatur, quod **E** (f. 63^a) schol. ε 488 praemittit: ὡc δ' ὅτε τιc δαλcποδιῆ: in **Vd** enim (f. 6^a) in eodem lemmate δα(λ'')cποδιῆ habes.

Cum igitur alter horum codicum omnia paene eorum quae alteri desunt suppeditet, optime accidit quod eiusdem archetypi scholia per codices optimae notae propagata ad totam paene Odysseam adsunt: nam si ab ultimis Vindobonensis libri foliis discesseris, ad α 1—61, β 20—97. 235—80, γ 21—108 tantum cum Ambrosiani anti-

356 μὴ (ad φοβοῦμαι) de suo librarius adderet, aut cur non ε 53 glossam Vind. πυκνῶc in cυχνῶc, 68 κύκλου in κύκλῳ, 296 εὐδίαν in αἰθρίαν mutaret vel adeo corrigeret?

quis foliis deperditis scholia bonae illius notae perierunt, quamquam iacturam eorum e codice Parisino D quadam tenus posse compensari infra apparebit.

Praestat autem Vindobonensis codex alteri non uno nomine; nam non solum aliquanto ante scriptus est, sed etiam originis scholiorum memoriam fidelius quam ille servavit; neque enim casu esse factum concedes, quod ad libros α — θ Ambrosianus Porphyrii nomen in tanto numero scholiorum sine dubio ad eum referendorum octies tantum habet, si animadverteris, ad schol. θ 351 Πορφυρίου, ad ε 272 Πλουτάρχου, quae Vd in margine gerat (f. 20ᵇ et f. 3ᵃ), in altero codice desiderari. Neque eadem, qua alterorum scholiorum scriptor, diligentia Ambrosiani codicis librarius in locos scholiis in archetypo assignatos intendit, si quidem intermarginalia scholia a reliquis seiungere neglexit[1]); cuius rei optimum exemplum scholia ε 182 praebent. In Vind. (f. 1ᵇ) enim prope initium huius versus incipiens legitur (edit. ad p. 52, 9 sqq.) schol. intermarg. (rubr.): καίτοι μὴ εἰδὼς ἀποφώλια, ἀλλ' ὅμως ἀπαίδευτα ἥμαρτες. φωλεὸς δὲ λέγεται τὸ σχολεῖον· ὁ γοῦν μὴ φοιτῶν εἰς τὸ ᾠδεῖον λέγεται ἀποφώλιος, in ipso margine autem (c. l. ἦ δὴ ἀλιτρός ἐσσι) verba scripta sunt: ἀλιτρὸς λέγεται ὁ κατὰ ψυχὴν ἁμαρτωλός — προσκρούσας (= p. 53, 12 sqq.). Ita quidem Vind.; in Ambros. (f. 56ᵇ) autem verba scholii intermarginalis alteri scholio, uno signo: ⁓ post προσκρούσας posito, in fine addita sunt, ut mirandum non sit, in Dindorfiana omnia pro uno scholio venditari. Etiam — ut mirificum illud δαλσποδιῆ (ε 488) supra allatum h. l. mittam — in stemmate Alcinoi Aretesque ad η 56 sqq. pingendo neglegentiorem se praebuit Ambrosianus librarius; cum enim in Vind. (f. 11ᵃ) infra schol. η 54 stemma rubro pictum sit rude illud quidem, rectum tamen facileque intellectu (est apud de Karajan, p. 297), in exteriore autem margine (rubro item scripta) verba legantur: ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Περιβοίας Ναυσίθοος. ἐκ Ναυσιθόου Ῥηξήνωρ καὶ Ἀλκίνοος. ἐκ Ῥηξήνορος Ἀρήτη, is qui alterius codicis scholia scripsit haec ipsa verba stemmatis lineis hunc in modum adaptavit (f. 72ᵃ) vix sane credibilem:

ἐκ Ποσειδῶνος — καὶ Περιβοίας Ναυσίθοος

ἐκ Ναυσιθόου Ῥηξήνωρ καὶ Ἀλκίνοος — ἐκ Ῥηξήνορος Ἀρήτη

1) De scholiorum codicis E condicione ex iis, quae in Hermae vol. XXII, p. 346 sqq. exposui, h. l. affero, praeter glossas interlineares rubro scriptas annotationesque nonnullas item rubro colore interiori margini appictas omnia in exteriore margine vel, ubi non satis magnum spatium adesset, etiam supra textum infraque atramento scripta esse, eaque in priore quidem parte nonnumquam, inde a f. 43 autem semper litteris rubris appositis ad textum referri. Duos

Haec ita accipi noluerim, quasi auctoritati Ambrosiani codicis, quem egregiae esse stirpis paullo ante ipse pronuntiavi, aliquid detrahi velim, sed ut hoc iam loco — infra autem ad hanc rem recurrendum erit — appareat, cur eum ad libros ε — θ, ubi Vindobonensis adsint scholia, e fontibus quaestionum Porphyrianarum exsulare iusserim. Tantum autem abest, ut Vindobonensis liber nihil habeat, quo offendamur, ut inde a libro nono vel octavo pauca quaedam scholia originis sine dubio satis recentis eum habere concedendum sit. Velut de forma, quam quaestio de Ἰθάκη χθαμαλῇ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κειμένη (ι 25) in cod. Vind. (edit. p. 82, 14 sqq.) accepit, propter ὁ θαυμαστὸς Πορφύριος illud ita esse iudicandum nemo negabit. Et hoc quidem loco cum iis quae post haec verba leguntur aliorum solutiones a Porphyrio allatas librarius reddidisse videatur, nihil fere de suo addito[1]), aliis locis, velut θ 583 (v. ann. crit. ad p. 80, 16) et — quae non erat cur in hanc editionem reciperemus — ι 491, κ 190, μ 61, ξ 214, φ 144, a vetustioribus scholiis verborum potissimum indole mirum quantum discrepat. Iam cum constet, Senacheribi doctrinam in scholia huius codicis transiisse, nisi forte ab eo ipso et textus et scholia exarata sunt (cf. de Karajan, l. c. p. 307 sqq.; Ludwich, p. 6), huic haec scholia (excepto fortasse θ 583) tribuere nemo dubitabit, qui indolem eorum — sunt autem, id quod optime in eius rationem quadrat, nimis verbosa — cum scholiis eiusdem e codice Iliadis Leidensi bene cognitis comparaverit. Eum ipsum et Eustathio et Tzetze (v. Ludwich l. c.) locis quibusdam usum esse nihil impedit quominus statuamus. His igitur scholiis qui cavebit ne decipiatur — quae res haud ita multi laboris indiget —, is Vindobonensem codicem inter primarios, quos in Odysseae scholiis sequatur, duces habebit.

Ad hunc autem eiusque fratrem aetate minorem, Ambrosianum, cognatus quidam accedit, quem supra iam significavimus, Parisinus 2403 (D), cum aliis librorum α — γ locis, tum iis, quibus antiqua codicis E folia perierunt, scholia exhibens et maxime quidem Porphyriana momenti vel summi.

Codex, de quo item in Hermae vol. XXII, p. 366 sqq. egi, ex bibliotheca Io. Muralti Boistallerii in bibliothecam tum Regiam illatus miscellaneus est bombycinus (cf. p. 144, 1) folia 310[2]) alta 0,25^{m}, lata 0,165^{m} continens. Ac de variis opusculis in eo congregatis, quorum brevem conspectum Omont dedit (Inventaire sommaire des manuscrits du fonds

illos vel adeo tres librarios, quos scholiis conscribendis occupatos fuisse non dissimulavi, cum eodem tempore ita opus exsecutos esse constet, ut eorum, quae alter vel reliqui duo scripsissent aut scripturi essent, rationem haberent (l. c. p. 348. 49), consulto una littera E significavi; foliorum autem saec. XVI additorum scholiis, si qua afferenda erant — quae enim melioris notae continent, e Parisino (D) codice solo fere attuli (qua de re cf. l. c., p. 347) —, notam E$^{rec.}$ apposui.

1) Verba tamen (p. 83, 4. 5) ἢ διὰ τὸ εἶναι — κουροτρόφος uncis includere debebam; solutionem enim reddunt ab ipso Porphyrio adoptatam.

2) „*Volume de 308 feuillets, plus les feuillets 230*^{bis}, *261*^{bis}, *276*^{bis}, *moins le No. 303 omis dans la pagination*“ ipsius codicis initio inscriptum est.

Grec, II, p. 253), et variis librariis in iis scribendis occupatis eorumque in singulis partibus auctoritate, etiam si ea qua par est diligentia agere possem, tamen, cum nimis a proposito nostro abduceremur, hoc loco nollem; tantum dico, praeter eum, qui postrema folia exaravit, neminem eorum mihi saeculo quarto decimo inferiorem visum fuisse. Odyssea autem, quae paene integra (usque ad ω 309) inde a f. 176 vel 177 (hic enim ipsum carmen incipit) post Pindari odas (f. 116ª—174ᵇ) et metrica quaedam sententiasque versibus conceptas (f. 175) legitur, usque ad f. 199ª sine dubio (et, ut videtur certe, in satis magno eorum quae sequuntur foliorum numero) ab una eademque manu circa annum 1300 scripta est, quae (praeter f. 177 et 178, quae quinque et viginti tantum versus comprehendunt) quinos vel adeo octonos et vicenos, inde a f. 199ª (γ 214) autem plures versus singulis paginis inscripsit; qua re speciem litterarum adeo mutari, ut difficile sit dictu, unde alterius librarii manus, quae sub finem codicis clarissime appareat, inceperit, in Herm. l. c. non dissimulavi.

Qua de re utcumque peritiores, qui huic rei intenti codicem examinabunt, statuent, ad scholia certe nihil quod alicuius sit momenti inde redundabit. Inde ab ipso enim f. 199 pauca quaeque vix ullius pretii sint adsunt scholia eorumque paucissima ab eo qui textum scripsit, pleraque a duobus librariis recentioris aetatis exarata; ultima folia, ut e superioribus triginta quattuor, quorum margo exterior abscissus charta allita suppletus est, scholiis omnino carent. Usque ad γ 214 autem scholiorum condicio admodum est inaequalis: post f. enim 176, in quo pauca quaedam scholia, argumentum libri α (de quo cf. Ludwich, pr. I, p. 5, 2 sqq.), fragmentum Heracliteum (= ibid. l. 9 sqq.), metrica quaedam (haec quidem ab altera manu) leguntur, f. 177 et 178, quamvis pauci in iis poetae versus scripti sint, non multa scholia habent (praeter ea autem versus Tzetzae, alleg. α 13—29; 51—58; 66—68 Matr.); tum f. 179 —189 scholiis quam maxime referta sunt (f. 185 scholia tantum habet), inde a f. 190 autem usque ad f. 198 modo plurima modo pauca scholia comparent. Praeter marginalia scholia, quae nonnumquam signis litterisve aut rubris aut nigris ad textum revocantur, etiam glossae interlineares adsunt, partim rubro (usque ad v. α 206), partim atramento scriptae. Ac scholia quidem usque ad f. 199 paene omnia omnesque glossae rubrae ab eodem librario, qui textum horum foliorum scripsit, codici appicta sunt; eae autem glossae, quae atramento scriptae sunt, cum eidem tum aliis duobus librariis, quos D² et D³ vocavi, debentur, quos temporibus assignaverim non multo inferioribus; iidem cum huic codicis parti tum foliis inde a f. 199 etiam marginalia pauca quaedam scholia addiderunt; ad quae in posteriore ea parte etiam recentioris quaedam originis accesserunt.

Huic quoque codici cum Ambrosiano E artiorem quandam intercedere condicionem et de Karajan, l. c. p. 281, rectissime observavit pluribusque exemplis allatis illustravit et ego in Herm. vol. XXII, p. 368, persecutus sum. Neque tamen tantum alterius cum altero quantum Ambrosiani E cum Vindobonensi esse consensum, ex iis, quae multis in

quaestionibus in annotatione critica ex utroque attulimus, facile intellegetur. Palmam autem non solum in iis scholiis, quae codex E nunc quidem a recenti manu scripta[1]) habet (ad α 1—61, β 20—97. 235—80, γ 21—108), Parisinus liber aufert, sed etiam in reliquis non uno nomine commendatur. Ut enim h. l. id quod supra attuli, Porphyrii nomen longe saepius quam in altero codice sedem suam tenuisse, omittam, quaestiones quasdam aliaque scholia habet, quae E aut omisit aut in formam redacta habet breviorem: nam, ut h. l. in quaestionibus subsistamus, si ab α 5, β 51. 52. 63. 67, γ 72. 94. 97, ubi scholia tantum comparari possunt ab $E^{rec.}$ scripta, in quibus quaestiones eae pleraeque desiderantur, discesseris, quaestiones, quas ad α 255. 284. 332. 378. 389, β 1 servavit, praeter α 378, quam D habet solus, aut cum uno Harleiano codice, quamvis multis in rebus discrepent, ei communes sunt (α 284. 332) aut eadem quae E, sed minus decurtata, exhibent (α 255. 389, β 1[2])). Accedit quod multis locis meliores quam alter codex lectiones habet. Neque tamen Ambrosiani codicis scholia prae alteris omnino neglegi vel adeo omitti debent; in certissimis contra communis originis vestigiis tanta multorum utriusque codicis scholiorum multis in rebus est discrepantia — est enim etiam, id quod nemo mirabitur, ubi Ambrosianus alteri praestet (velut α 98.[3]) 262[4])) —, ut multo rarius quam vellem (cf. p. 155) in alterius eorum lectionibus afferendis acquiescere potuerim.

Longe diversae cum originis tum indolis atque tres de quibus egimus libri Hamburgensis (56) est codex, quem inde a Dindorfio littera **T** significare consuevimus. Codex, qui inter pauca quae publica huius urbis bibliotheca manuscripta habet cimelia non ultimum locum obtinet, cum post Prellerum, qui in Indice scholarum in universitate Dorpatensi per sem. prius a. 1839 habendarum pluribus de eo egerat[5]), a nemine eorum qui eum inspexerunt eiusque scholia in usum suum converterunt — Dindorfium dico, Max. de Karajan, Ludwichium — denuo descriptus sit, Prelleri autem libri non omnibus copia sit adeundi, dignus est de quo hoc loco quaecumque alicuius videantur esse momenti afferamus.

Est igitur codex altus paene $0{,}28^{m}$, latus $0{,}178^{m}$, foliis constans 114 (numerantur autem paginae 228) chartae bombycinae (cf. p. 144, 1)

---

1) Esse in his, quae, quia in Parisino etiam adsint, e vetustioribus foliis nunc quidem perditis transcripta esse existimanda sint, Herm. l. c., p. 347, docui.

2) Ea dico quae ad p. 24, 25 sqq. cum Iliad. p. 112, 1 sqq. comparanda esse significavi. Initium enim eorum in cod. D cum Iliadis codicibus fere congruens in altero codice longe brevius est.

3) Scholii D lectiones nunc e Ludwichii progr. III, p. 22, 1 sqq., peti possunt.

4) Cum ad p. 14, 13 sqq. singula afferre consulto neglexerim, h. l. moneo, l. 14 D χριϲτοῖϲ om., l. 17 sqq. habere: ἐν δὲ τῇ Ὀδυϲϲείᾳ τῶν χριϲτῶν ἰῶν φηϲι καὶ ἀττικὴν τόξον οἶδα εὔξοον, p. 15, 1 legi: ἦν γὰρ τὸ βέλοϲ οὐ μεῖον διὰ τοῦ ϲιδήρου καὶ τοῦ φαρμάκου ἀναιροῦν κτλ. Reliqua minoris momenti sunt.

5) Huic quidem programmati (praeter varias huius codicis in libris α — δ textus Homerici lectiones) scholia „*ea quae Hamburgensi propria sunt*" in libros α — η, indici autem lectionum eiusdem anni sem. alterius in libros θ — κ adiecit.

haud bene factae sed mollissimae, ita ut mirum non sit, non solum in marginibus et exteriore et inferiore, sed etiam (in priore certe parte) in iis quae ab oris foliorum paullo remotiora sunt multa vel temporis iniuria vel manibus attrectantium detrita evanuisse. Continetur his foliis Odyssea inde ab α 1 usque ad ξ 67 praeter versus μ 221 — ν 309; nam post μ 220, quo p. 222 terminatur, p. 223 a versu ν 310 incipit. Versus α 320—369, qui paginam 12, cuius ultimus versus α 319 est, excipere debebant, in paginis 57 et 58, quod folium eo quo nunc est loco codici postea insertum esse apparet, leguntur; paginae autem 13ae primus versus α 370 est. Singulae paginae non semper, ut est apud Prellerum, quinos vel senos et vicenos habent versus, sed nonnumquam paullo plures, ut sit ubi ad tricenarium numerum prope accedant vel adeo eum superent. Ad aetatem librarii quod attinet, quem eundem scholia paene omnia scripsisse postea docebimus, saeculo tertio vel quarto decimo eum assignandum esse existimavit Preller, quod iudicium, postquam de Karajan tertium decimum magis probabile sibi videri significavit, amplecti videtur Ludwich, Mus. Rh. XXXIII, p. 439; neque ego certius iudicare ausim.[1]) Scholia autem paene omnia et plurimae glossarum interlinearium, quarum numerus haud magnus est, ab eadem manu quae textum exaravit codici addita sunt. De aetate enim egregie erravit Preller (p. 9), cum inde a p. 151 prorsus novum scholiorum genus incipere, ex Eustathii commentariis passim exscriptum, novicia manu additum („*credo post renatas litteras*") pronuntiavit. Quod iudicium utrum sequeretur necne cum nemo adhuc doctorum hominum, qui codici operam impenderunt, significaverit (quamvis Ludwichium non probare e commentatione eius modo allata spoponderis), meum esse duxi, ut hanc quam maxime in rem intentus codicem excuterem. Litterarum autem ligaturarumque inde a p. 151 prorsus eadem atque in superiorum paginarum scholiis et in textu omnium paginarum est condicio, nisi quod inde quod in hac parte plurima scholia inter lineas incipiunt litterae paullo minores sunt, inde autem quod fons quidam lectu multo facilior h. l. librario praesto erat (cf. p. 153) ductus calami paullo firmior factus est; accedit quod in ultimis foliis, inde a p. fere 201 usque ad p. 222 (inde a p. 223 enim, quae a ν 310 incipit, scholia et glossae omnino desunt) atramentum adhibitum est melioris notae, quod colorem melius servavit.

Optime autem Preller perspexit, scholiorum inde a p. 151 longe aliam atque superiorum paginarum esse indolem. Etenim cum is qui

---

1) Nisi forte aliquid ei rei tribuendum est, quod ligatura syllabae ερ locis quibusdam (velut δ 599. 610. 617, ι 220. 388; qui loci in cod. p. 75. 159. 165 adsunt) ita instituta est, ut superne non — id quod librarius praeferre solet — in apicem, sed in semicirculum evehatur. Quae scribendi ratio cum in tabulis Gardthauseni (Palaeogr. Gr., tab. 10, ρ, 12) anno 1330 primum appareat (id quod ab ipso auctore de hac re p. 206 agente neglectum esse videtur), ad saeculum XIV iniens deferremur. Sed non nimis hac re confisus sim. — Max. de Karajan, si modo recte verba eius (l. spr. c., p. 277) intellexi, similitudinem quandam litterarum huic codici cum Vindobonensi 133 intercedere existimantem, quantum nunc quidem Vind. libri oculis meis obversantur litterae ligaturaeque, errare putaverim.

textum scripserat inde a p. 8, qua in pagina primum scholium[1]) textui apposuit (ad α 214), usque ad p. 150, cuius cum ultimus versus sit θ 585, ultimum scholium ad κ 246 pertinet (ἀγαςςάμεθα] ἄγαν προςεκείμεθα καὶ ἐλιπαροῦμεν καὶ ἐξεπληττόμεθα), in scholiis scribendis rem ita instituisset, ut versuum iuxta positorum rationem haberet nullam, idem autem ex Eustathii commentario ne litterulam quidem addidisset, inde a p. 151 longe aliud consilium secutus est. Ad ipsum enim libri ι, quem hac in pagina incipere iam significavimus, initium haec leguntur: γνωριςτικὴ τῆς ϊ ῥαψῳδίας ἐπιγραφὴ αὕτη· τὰ περὶ Κίρκην καὶ Λωτοφάγους καὶ Κύκλωπας, infraque haec: ςυντρέχει τοῖς Φαίαξιν, οἳ πρὸς φιληδονίαν ἐπτόηνται καὶ πρὸς τὸ ἀπολαυςτικὸν ἀπονεύουςιν ἡδυπαθοῦντες ἄμετρα, in quibus nemo non statim agnoscet Eustathiana (= p. 1611, 50 et 60). Eiusdem autem farinae scholia hinc usque ad f. 222 in omnibus paene paginis adsunt quam plurima, ita tamen ut nonnulla melioris originis iis immixta sint. Et haec quidem, quod mireris sane, usque ad schol. κ 458: ἐν πόντῳ] οὐχ ὡς μάντις, ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἰς Ἅιδου πρὸς Τειρεςίαν αὐτὸν ἐπέςτειλεν <leg. ἀπέςτειλεν>· ἀλλ' ἴςως καὶ ταῦτα παρ' Ἑρμοῦ ἀκήκοεν, quod in p. 155 legitur, non magis quam prioris partis scholia ad textum cui apposita sunt pertinent. Inde autem a p. 156 res aliter se habet; nam in paginis 166, 171, 172 (et 173) scholia vetusta (sunt enim Porphyriana) prope ipsos versus, de quibus agunt (ι 411. 525. κ 20), posita sunt, idemque (inde a p. 189) in schol. κ 491 et reliqua bonae indolis scholia cadit. Iam cum ordo quo scholia disposita sunt statuere nos vetet, librarium, postquam in paginis 151—155 vetusta scholia (ut usque ad p. 150), textu pro consuetudine neglecto, scripsisset, tum demum Eustathiana addidisse — id quod olim Preller statuerat —, res ita explicanda videtur esse, ut librario tres ad manus fuisse codices ponamus, unum textum solum (fortasse glossis interlinearibus ornatum) exhibentem, alterum praeter textum largam optimorum scholiorum segetem sub finem libri κ desinentem, tertium (hunc quoque praeter textum) inde a libro ι Eustathiana quam plurima paucis intersparsis scholiis melioris originis praebentes. E secundo autem horum librorum cum usque ad p. 150 scholia, poetae versuum quos antea primum secutus codicem scripserat ratione habita nulla, codici appinxisset, inde a p. 151, ubi liber ι incipit, tertio fonte, fortasse signis quibusdam archetypi perspectu facilioribus fisus, ita usus est, ut a textu vix umquam

1) Quae enim in primis septem paginis leguntur scholia, quorum ultimum de α 186 agit (omnia nunc quam accuratissime edita in Ludwichii progr. I—IV publici iuris facta sunt), ea induci non possum ut cum docto eo homine eidem librario tribuam. Ita enim eum statuere inde efficiendum esse videtur, quod quaecumque ex hoc codice ad α 1—186 attulit, una T littera notavit. Sed ad nostrum propositum nihil refert; nam praeter paucissima ea verba ad p. 2, 14 sqq. allata, quae nota T² insignire debebam, Porphyriana in iis non insunt; schol. enim α 186 temere a Ludwichio (IV, p. 11, 9) ad Porphyrium referri infra docebo. — Eidem autem alteri manui quam statui etiam haud exigua pars glossarum interlinearium et, nisi fallor, etiam ἔμμετροι ἐπιγραφαί primis quattuor libris additae debentur.

recederet, pauca tamen secundi codicis scholia, cum prorsus abicere nollet, iis (usque ad p. 155), prout lubebat, intersereret. Hinc factum est, ut tria illa scholia Porphyriana, quae modo attuli, binis in codice locis legantur: cum enim in p. 137, 138, 139 iam e secundo librorum suorum alienissimo codicis loco exaravisset, e tertio quo usus est libello ad suum quodque locum iterum appinxit.[1])

Probabiliora de re explicatu haudquaquam facili si quis proferre poterit, ne nobis invideat. Mihi quidem ita facillime explicatur, quod in altera codicis parte, quamvis ibi quoque multum librarii aut oculi aberraverint aut manus errata commiserit, haudquaquam tanta monstruosissimarum lectionum congeries in scholiis adest, quantam in priore parte singulae fere paginae praebent. In hac enim quicumque diligenter codicem vel ea quae aut alii aut nos ex eo attulimus examinaverit, facile concedet, librarium, quem Graece minime fuisse indoctum textus poetae ab eo exaratus clamat, cum plurima scholiorum, sive quod evanuissent sive compendiis scripta essent haud facilibus intellectu, enodare non posset, ita ea reddidisse, ut ad litteras vel sigla quae transcribenda ei essent quam proxime accederent, quamquam ad verba vel enuntiata delaberetur omni paene nonnumquam sensu destituta.[2]) Talem autem codicis, ex quo eum haec hausisse effecisse mihi videor, fuisse condicionem eo magis est dolendum, quod ad exegetica quae vocant scholia quod attinet egregium fuisse, in Porphyrianis autem quorundam librorum (θ, ι, κ) facile primas partes tulisse iam dudum constat.[3])

Claudit agmen codicum pluribus hic tractandorum Venetus Marcianus 613 (**M**), post Dindorfium (praef. p. IV) et La Rocheum (Hom. Txtkr. p. 480 et Homer. Od. p. VIII, adiectis in tab. VII et VIII variarum manuum in codice scribendo occupatarum speciminibus) longe maiore diligentia descriptus a Ludwichio in libello academico anno 1871 Regi-

---

1) Oscitantiae contra librarii tribuerim, quod schol. λ 381 sqq. (edit. p. 107, 5) et in p. 206 et statim in p. 207 legitur; alterum enim vel in singulis paene litteris cum altero congruit, ita ut eidem sine dubio fonti debeatur.

2) Quo modo explicandum sit quod saepissime in mediis enuntiatis signum scholii finiti (:—) librarius posuerit, nescio. An ornamenti cuiusdam esse instar aut lineolarum ambitui explendo inservire ea voluit?

3) Male accidisse, quod de proventu libri hac quidem re quam maximi momenti nihil innotuerit, Preller iam questus est. Quod enim in priore foliorum membranaceorum, quae codici antefixa sunt, legitur: „*Manuscriptum hoc mutilum donavit bibliothecae nostrae M. Reimarus CIƆIƆCLXXXVII* (vel 1697; nam parum mihi constat, num quartum *X*, quod pinxerat, lineola transversa addita deletum esse voluerit scriba) *m. Ian.*“, eo non multum proficitur. Neque indagare potui, cuiusnam Reimarorum, quos sub finem saec. XVII Hamburgi vixisse apud Ianssenum (*Ausführl. Nachricht über d. sämmtl. evang.-prot. Kirchen und Geistlichen der fr. und Hansestadt Hamburg.* Hamb. 1826) scriptum videmus, codex fuerit. Veri simillimum mihi videtur, Nicolai Reimari fuisse, patris Hermanni Samuelis, quem Ianssenus (p. 393) anno 1684 in praeceptorum Ioannei numerum fuisse receptum, anno 1724 obiisse refert; fatendum tamen est, eum Magistri titulo ornatum fuisse non innotuisse.

monti edito („*Conditi Prussiarum regni memoriam anniversariam die XVIII Ianuarii . . . . celebrandam indicunt prorector et senatus Acad. Albertinae*")[1]. Cui ego, codice in usum meum excusso, cum non multa habeam quae addam, nihil quod opponam, ex iis ipsis, quae Ludwichio debemus, pauca h. l. afferam. Codex igitur est chartaceus (praeter f. 2 et 3 membranacea), forma quadrata maiore — doleo equidem, quod altitudinem et latitudinem foliorum metiri neglexi —, saeculo, ut videtur, tertio decimo scriptus. Foliis quibus constat 302 continentur Batrachomyomachia et Odyssea tota, haec quidem inde a f. 10^a; scholia autem ad eam pertinentia iam inde a f. 9^a incipiunt. Atque ut in textu exarando quattuor minimum librarii occupati fuerunt, atque ita quidem, ut sint inter eos, qui opus de composito inter se partiti sint, ita, ut glossemata quaedam et Eustathiana postea addita, quoniam a nostro proposito aliena sunt, mittam, quattuor item manus scholiis codici appingendis operam impenderunt; e quibus eae quas cum Ludwichio M^1 et M^2 dico etiam satis magnum versuum poetae numerum scripserant; reliquarum duarum altera (M^a) Batrachomyomachiam cum scholiis exaraverat et in Homeri textu nonnulla correxit, altera (M^b) priori carmini scholia quaedam addiderat. Quorum librariorum e manibus cum M^2 omnium primam[2]), M^a autem post M^1, M^b post M^a operi intentas fuisse appareat, aetate tamen non multum altera alteri videntur praestare. Ut autem M^1 et M^2 num ex eodem codice scholiis instructo sua quisque transcripserint mihi non liquet — quam rem cum ea quaestione cohaerere video, utrum textus Homericus, quem exhibent, ex eodem fonte manaverit necne —, ita M^a, quippe qui plurimis scholiis et ab M^2 et ab M^1 exaratis supplementi instar nonnulla addiderit[3]), aliunde hausisse in aperto est; rursus ex alio autem fonte scholia M^b repetenda videntur esse.[4])

Unus denique qui restat codex ex iis, e quibus omnia quaecumque habent Porphyriana in hanc editionem recepimus, Ambrosianus **B** (99 sup.), liber bonae notae, bombycinus (v. ad p. 144, 1), anno fere 1300 scriptus, cum paucissima tantum eaque brevissima praebeat, eos, qui plura de eo cognoscere volent, ad ea, quae in Hermae Berolinensis vol. XXII, p. 338 sqq. de eo disputavimus, relegare sufficiet.

---

1) Brevius idem in Arist. Hom. Textkrit. I, p. 86.

2) Vid. Ludwichium, p. 2; cuius ab accuratissima variorum librariorum notatione recedere cum religioni duxerim, hanc quoque notam, quamvis ad manum notandam primo loco occupatam satis miram, servavi. Ceterum, quod Ludwichius l. c. monuit, singulas manus uno quoque loco recte discernere valde difficile esse, me quoque expertum esse neque spondere posse, numquam me erravisse, vix est quod moneam.

3) Velut θ 63 (post ea quae p. 72, 14—17 edidimus: ἣ ἠγάπηcε διὰ μὴ ἀcχολεῖcθαι κτλ.), μ 374 (ad p. 113, 5^a, post ea quae ad l. 12^a edidimus), ψ 3; α 214 (v. ad p. 10, 1), β 1 (p. 25, 7 sqq.). 380 (ad p. 30, 17 sqq.), δ 612 (p. 48, 16 sqq.).

4) Cf. λ 18 (edit. p. 102, 11): προτράπηται] μεταβάλληται, ἀποκλίνῃ. διὰ τούτου τοῦ προτράπηται δοκεῖ εἰδέναι ὁ ποιητής, ὅτι ὁ ἥλιος τὴν ἑκούσιον πορείαν ποιούμενος . . . . εἰς τὸ ἐναντίον καὶ αὐτός. Haec quidem M^a; quibus M^b eadem, quae initio leguntur: προτράπηται ἀντὶ τοῦ μεταβάλλεται ⟨sic⟩, ἀποκλίνῃ, addidit.

3

Cum multis scholiis a me editis cum in Dindorfii editione tum in Ludwichii libellis academicis praeter ea quae in marginibus ego attuli codicum sigla alia quaedam adiecta sint, fore auguror qui angustioribus quam debuerim finibus me codices in usum meum adhibitos circumscripsisse existiment atque doceri cupiant, cur ubique fere, ubi apud utrumque praeter **H** codicem **PQR** adhibiti sint aut apud Ludwichium una cum codicis **E** lectionibus codicis **J**[1]) scripturae discrepantia in medium prodeat, his quidem neglectis in unis codicum **H** et **E** lectionibus afferendis acquieverim.

At re diu multumque considerata mihi persuasi, non id mihi agendum esse, ut e codicibus quotquot adessent omnibus varias Porphyrianorum scholiorum lectiones afferrem — quod si instituissem, annotationis criticae ambitus, quem nunc quoque sentio esse molestiorem, in immensum crevisset, atque ita quidem ut vix quicquam inde fructus hac opera digni redundavisset —, sed ut variarum codicum stirpium optimos quosque seligerem, quibus, reliquis earundem familiarum libris, quippe quorum aut propter aetatem aut propter alias causas minor esset auctoritas, neglectis, in omnibus iis quae exhiberent scholiis ducibus uterer. Atque ut numquam me paenitebit, quod cum P et R tum Q codicibus excutiendis operam navavi diligentem, neque locis nonnullis pauca quaedam e P et Q afferre dubitavi, ita omnia, quaecumque in iis a codice H discrepant, afferre — id quod supra iam (p. 146), ubi de E et Vd codicibus agebamus, inter quos similis atque inter H et Q vel, quod propter aetatem verius est, inter H et P codices intercedit condicio, significavimus — non solum supervacaneum, sed perinde est ac si opus laboris taediique plenissimum, quod ipse subieram, ut investigarem, quisnam huius stirpis codex ceteris praestaret, legentes denuo suscipere iuberem. Idem autem in **J** Ludwichii codici E simillimum a nobis non collatum cadit, atque eo magis, quod ipse Ludwichius, qui eum *aliquotiens* tantum *inspexit*, eum *rarissime* aliquid novi praebere profitetur (progr. I, p. 3).

Quo enim — id quod pace viri doctissimi diligentissimique dixerim, qui codicum copiis nisus uberrimis Odysseae scholiorum editionem adornare instituit eaque ratione, quam in Programmatis iis, ἀκριβείας plane stupendae speciminibus, ad quae totiens recurri, nobis proposuit, exsecuturus esse videtur —, cum nullus esse videatur Homericorum carminum codex scholiis glossisque instructus, in quo iis quae e vetustiore libro describebat de suo ingenio non addiderit quaedam librarius aut emendaverit (egregie enim falleretur, si quis aut pro temporibus illis eos doctos fuisse homines aut esse certe sese existimavisse negaret): quo, inquam, duceremur, nisi ea, quae in usum non eorum tantum qui in hoc campo carduorum quam frugum pleniore habitant sed omnium quicumque antiquis litteris curam impendunt non vulgarem paramus, angustioribus finibus circum-

1) Codex est Vatic. gr. 1320, chartaceus, saec. XIV et XV a pluribus manibus scriptus.

scriberemus? Constat quidem inter doctos (cf. E. Maass, Schol. Townl. I, p. XVIII), Iliadis scholia e Dindorfii Townleianorum a Venetorum (B) scholiorum editionis separandae consilio vitium traxisse irreparabile; at si quis in Venetorum editione praeter huius codicis et codicis Leidensis discrepantiam — quamquam ad scholia a librario qui textum scripsit codici appicta neque Leidensia forsitan afferenda sint (v. Herm. XX, p. 380 sqq.) — omnes etiam quas Harleianus 5693[1]), Scorialensis, Mosquensis praebent varias lectiones conferendas esse existimaret[2]), magnopere equidem refragarer; sed magis etiam intercederem, si quis ex aliis codicibus his inferioribus variae lectionis ambitum augere vellet. Idem in alterius carminis scholiorum codices, quos quidem unam recensionem cum fide reddere appareat, cadere contendo.

At hercle ii, qui meum consilium aut de Odysseae scholiis aut — quod non prorsus esse idem concedendum est — in Porphyrii certe quaestionibus edendis non improbabunt, suo iure postulabunt, ut non solum HPQR (de **E** et **Vd** enim supra iam egimus, p. 146) unius codicis archetypi reddere recensionem, sed etiam Harleianum ceteris praestare evincam.

Et de **R** quidem codice (Laur. LVII, 32) eos, qui quae in Hermae vol. XXII, p. 300 sqq., cum de universa eius indole tum de condicione exposui, quae ei cum codice Q et Didymi quae vocantur scholiis intercedat, legerint — utrimque enim scholia in eum congesta manaverunt —, facile adsentientes habebo; neque Ludwichius, progr. I, p. 3, dissentire videtur, ut mireris sane, eum in scripturae discrepantia afferenda ei locum concessisse. Ad **Q** autem codicem (Ambr. Q 88 sup.) quod attinet, me olim, priusquam Harleianum librum ipse manibus trivissem, erravisse, cum suspicarer, scholia eius ex hoc ipso transcripta esse (Herm. XXII, p. 369. 70), facile intellexi. Etenim non solum **H** quae codici Q[3]), sed etiam **Q**, etsi multo pauciora, quae alteri desunt habet; in ipso autem scholiorum initio quam maxima est discrepantia, si quidem iis quae in Harleiano ibi legi supra (p. 141) significavi non eadem respondent, sed

---

1) Codex, de quo breviter egit Thompson, Classical Review II, p. 103, chartaceus est, formae maximae, scriptus, ut mihi quidem videbatur, saec. XV exeunte (sec. Thompsonum „*circa A. D. 1400*"); inscriptum ei est et „*Res Gasparis Volaterrani Apostolicae sedis protonotarii*" et „*Antonii Seripandi et amicorum*". Iliadem inde a f. 23 usque ad f. 303 continet.

2) Cf. quae Prolegg. Il. p. 357 monui; ubi non dissimulavi, in Quaestionibus illis edendis Etonensis codicis a Noehdeno collati lectionibus afferendis supersedere me potuisse. Ceterum pro eo quod ibi dixi „*in omnibus conferendis frustra tempus tereretur*" dicere debui, in omnium lectionibus afferendis frustra operam consumi; nam vel ex Harleiano codice in scholiis Porphyrii nomine inscriptis Londinii collato effeci, schol. Θ 2 perperam a me omissum et apud Bekkerum et apud Dindorfium recte ad eum auctorem referri.

3) Quod l. c., p. 370, huius rei explicandae causa verbis Crameri notisque ab eo paucis quibusdam scholiis adiectis deceptus attuli, haec scholia codici H *recentiorem aliquanto manum* appinxisse, id codice ipso inspecto nihili esse statim intellexi. Eadem enim manus, si a paucis quibusdam scholiis a scriptore textus exaratis discesseris, omnia paene scholia codici intulit (cf. supr. p. 142).

duplex, ut in Herm. vol. XXII, p. 302. 3, attuli, scholiorum argumentorumque series adest. Primo enim loco Q argumenta a Dindorfio p. 7, 5—19 edita, tum scholium de v. ἀνήρ notione (= p. 8, 13 — 9, 5 D.) habet, quod statim quaestione (= p. 9, 16 sqq. D.; p. 1 sqq. a nobis edita) de v. πολύτροπος instituta excipitur; subiunguntur duo scholia, haec quoque de v. ἀνήρ variis notionibus agentia (v. Herm. l. c., p. 302, 1). Tum iterum argumentum, sed versibus conceptum (πρὸς τὴν Καλυψὼ Ζεὺς Ὀδυσσέως χάριν πέμπει τὸν Ἑρμῆν κτλ.), quod codicis H initio legitur, tituli (et Ὀδυσσέως ἄλφα Ὁμήρου ῥαψῳδίας et ἄλφα θεῶν ἀγορὴ κτλ.), et post haec omnia demum scholia secundum versuum ordinem disposita. Etiam sub finem scholiorum ad ψ extr. pro iis, quae in Q (f. 263ᵇ) leguntur (c. l. ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον): οὐ καλῶς ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς γ' καὶ λ'· ῥητορικὴν γὰρ πεποίηκεν ἀνακεφαλαίωσιν καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας: ~ μετὰ τὴν τῆς Ἰλίου πόρθησιν κτλ. (= p. 3 sqq. D. fere), H (f. 142ᵇ, ad v. 310, s. l.) haec tantum habet: ῥητορικὴν ἀνακεφαλαίωσιν πεποίηται τῆς ὑποθέσεως, omissa epitome illa carminis. Et hoc quidem loco ut initio libri α (cf. Herm. l. c. p. 303) codicem M ad cod. Q rationem proxime accedere lectionum huius codicis periti facile perspicient.

Sed, ut largiamur his locis pauca quaedam e libro codici Marciano simillimo in cod. Q influxisse, longe plurima quae in hoc leguntur scholia ita comparata sunt, ut, etiamsi ex ipso Harl. non sint derivata, tamen artiore quodam vel artissimo cum eo vinculo contineantur.

An casu factum esse dixeris, quod inter scholia et glossas a Ludwichio ad α 1—309 publici iuris facta, si a schol. v. 1 de v. ἀνήρ variis notionibus agente, cuius peculiarem quandam esse condicionem modo significavimus, discesseris, vix quicquam occurrat, quod Q habeat, H non habeat? Duodecim tantum glossulas easque satis futtiles, quas alter codex habet, Harl. omittit: α 6: ὣς ἀντὶ τοῦ ὅμως, 14 (ad δῖα): σεμνή, 79 (ad ἀέκητι): χωρίς, 130 (ad λῖτα): καταπετάσματα ἢ λεπτὰ περιβόλαια, 141 (ad ἀείρας): συναθροίσας, 148ᵃ (ad νώμησαν): διεμέρισαν, 190 (ad ἀπάνευθεν): πόρρωθεν, 225 (ad δαίς): εὐωχία, 242 (ad γόους): θρήνους, 243 (ad κάλλιπεν): κατέλιπεν, 257 (ad τὰ πρῶτα): κατ' ἀρχάς, 271 (ad νῦν): δή, quibus si ex iisdem scholiis addere iuvabit, quae non prorsus iisdem, sed similibus verbis concepta in Harl. leguntur, non multo maiorem efficies numerum. Sunt autem haec: α 10 (ad τῶν ἁμόθεν γε): ἀπὸ τούτων τῶν περὶ τὸν Ὀδυσσέα πράξεων (H: τῶν περὶ τὸν Ὀδυσσέα ὁπόθεν θέλεις πράξεων ἀπό τινος μέρους ἀρξαμένη διηγοῦ ἡμῖν), 17 (ad τῷ οἱ): τῷ χρόνῳ (H: ᾧ τινι, ἤγουν τῷ χρόνῳ), 49 (ad φίλων ἄπο): μακράν (H: μακρόθεν), 120 (ad δηθά): ἐπιπολύ (H: ἐπὶ πολὺν καιρόν), 145 (ad κλισμούς): τὰς καθέδρας (H et alter. schol. Q: κλισμοὺς τὰς καθέδρας λέγει ἐκ τοῦ κλίνεσθαι ἐν αὐταῖς τοὺς ἀναπαυομένους), 152 (ad ἀναθήματα): κοσμήματα (H et alter. schol. Q: τῆς εὐωχίας τὸ κόσμημα· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων), 157 (ad ἄγχι σχών): πλησιάσας ἐγγὺς εἰς τὸ οὖς (H: ἐγγὺς εἰς τὸ οὖς κύψας), 238 (ad τολύπευσεν): εἰργάσατο (schol. H, quod Q om., inc.: κατειργάσατο, μεταφορικῶς κτλ.); 271

(ad ἐμπάζεο): ἀντὶ τοῦ ἐπίνοιαν ποιοῦ (H: ἀντὶ τοῦ μνείαν ποιοῦ), 278 (ad ἔοικε): ἁρμόζει (H txt. iam notaverat προσήκει). Ad v. denique α 215: μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι, quod in Q legitur γρ.' τέ με alteri codici adscribi non potuit, si quidem textus eius μήτηρ μὲν τέ με φησὶν habet (v. Homeri Odyss. ed. Ludwich, p. 11).

Atque ego quoque, dum Porphyrianis scholiis indagandis intentus codices et Harleianum et Ambrosianum perlustro et multa praeter ea notatu digna quae videbantur confero, in admodum pauca incidi, quae cum Ambrosianus habeat Harleianus omisit. In quibus Porphyriana sunt nulla; ex alius autem originis scholiis praeter ea, quae supra attuli, certo spondere possum unum θ 581, si quidem verba a Dindorfio p. 402, 13—15, edita in Ambrosiano f. 98ᵃ legi mihi constat; reliqua, quae iam afferam, ut in Harleiano frustra quaesivi, ita in altero codice, quoniam momento carere mihi videbantur, conferre neglexeram, ut facile fieri posse concedendum sit, ut nonnulla eorum ibi quoque desiderentur; sunt autem haec[1]): β 300 (p. 106, 19 D.), γ 267 (144, 8). 309 (149, 27). 450 (163, 22), δ 277 (201, 10. 11). 378 (208, 24). 418 (212, 7). 621 (224, 15). 824 (238, 26), ε 253 (267, 19), ζ 8 (294, 17—19). 42 (297, 14), η 115 (335, 5). *206 (342, 28), θ 517 (397, 16). 529 (398, 32), ο 403 (617, 5), ρ 352 (646, 13), φ 46 (697, 24), χ 192 (710, 22). Quem numerum, si modo omnia in Q adsunt neque nonnulla ex iis tamen inter Harleiani copias saepe largissimas alicubi delitescunt, non multo esse augendum, scholia libri α a Ludwichio edita fidem faciunt; Dindorfio autem plurimis scholiis PQ tantum litteras neque etiam H adicienti qui fidem habuit de Karajan (l. c. p. 284, 4; 285, 1) de horum scholiorum condicione egregie falleretur necesse fuit.

Iam cum concedam dubitari posse, utrum scholia illa in codice H omissa, inter quae paucissima alicuius momenti sunt (γ 267. 309, ε 253, ζ 8. 42, φ 46), alteri fonti atque reliqua libri Q scholia debeantur (cf. p. 157), an, cum in eodem quo illa fuissent codice archetypo, ab Ambrosiani librario transcripta, ab altero neglecta sint, in iis quae in utroque leguntur, si a paucissimis quibusdam scholiis ad ipsum initium carminis[2]) pertinentibus discesseris, unam utrumque codicem exhibere recensionem apparebit.

Etenim — quoniam codicum in scribendi erroribus consensum communis originis certissimum esse indicium inter omnes constat — non solum (ut in Herm. vol. XXII, p. 369. 70, attuli) α 389 (spr. ad p. 23, 17) κατέχειν pro τυχεῖν, κ 242 (p. 464, 23 D.) παντός με ⟨pro παντός μοι⟩ ὕλης μελιηδέα καρπόν, λ 521 (p. 518, 3 D.) κήνειοι οἱ συγγενεῖς, π 175

1) Consulto annotatiunculas velut Q ad δ 453 (p. 220, 8): γρ.' οὕτω omisi; his enim locis H id, quod alter codex cum textu suo confert, ipse in textu habere solet. — Etiam schol. ρ 555 Q: πεπαθοίης] ἀντὶ τοῦ πέπονθας, omisi, quoniam H, quantum e La Rochei editione concluditur, πεπαθυίῃ in textu habet, ita ut tali notae locus non fuerit.

2) Dubito nunc, an ad quaestionem α 1 codicis Ambrosiani lectiones multo magis cum Marciano quam cum Harleiano codice congruentes afferre debuerim.

(p. 627, 7 D.) ὤλεcε pro ὀλέcῳ etiam in Harleiano leguntur[1]), sed etiam cum verbo ἔγραψε omni sensu carente illo, a quo quaestio μ 26 (p. 110, 9) in Ambrosiano incipit, compendium alterius codicis satis accurate a Cramero (A. P. III, p. 477, 22) redditum, quod quin eodem modo accipiendum sit nemo dubitabit, quam maxime congruit. Quibus locis, ne longus sim, pauca tantum, sed quae ad rem probandam idonea sint, neque ex omnibus libris, sed e β — η tantum petita addam: β 52 (Porph. p. 42, 9): Εὔμαιοc κατηγορᾶτο <pro κατηρᾶτο> τῇ δεcποίνῃ λέγων· ὡc ὤφελλεc <pro ὤφελλ'> Ἑλένηc <-ην Q> ἀπὸ φῦλον ὀλέcθαι, β 63 (p. 27, 12): καὶ τὴν πάλην <pro ἀπειλήν>, ibid. (p. 27, 16): βαcιλέωc ἀδικοῦντοc <ἀτυχοῦντοc vel sim.> τὲ ἅμα καὶ ἀδικουμένου, δ 52 (p. 44, 1): cυγχωρεῖν δ' <pro cυγχωρεῖ. — om. δ' Q> ἡμῖν, ibid. (p. 44, 12): ἐπιοῦcα <ἀπιοῦcα>, ibid. (p. 44, 17): οὐχ ἧττον ὧν κατορθοῖc <κατορθοῖ> ἐν οἷc λέγει, δ 477 (p. 47, 7): ὅcτιc ἐπ' ἤματι πέcca <pro πέcεν>, ibid. (p. 47, 11): καί cφιν Διὸc ὄμβρον <ὄμβροc> ἀέξει, ibid. (p. 48, 1): Ζηνόδοτοc <Ζηνόδωροc> δὲ διιπετῆ τὸν διαυγῆ ἐκδίδωcι <ἀποδίδωcι>, δ 636. 37 (p. 48, 18): μὴ δυνάμενοc χρήcαcθαι αὐταῖc <ἐν add. rel. codd. praeter P, de quo v. infr.> Ἰθάκῃ· ἀγνοοῦcιν <δὲ add. rell.> ὅτι, ε 334 (p. 58, 8) lemm. θεὸc αὐδήεcca <pro βροτόc, quod est in textu utriusque codicis>, ibid. (p. 57, 5): ἐπὶ δὲ τῆc Ἰοῦc <ita quidem H; Q, quod perinde est, Ἠοῦc, pro Ἰνοῦc> αὐδήεcca, η 53 (p. 65, 5) c. l. δέcποιναν μὲν πρῶτον <pro πρῶτα, quod text. utriusque codicis habet> κιχήcεαι, ibid.: μητρὸc ποτὶ γούναcι χεῖραc βαλεῖν <pro βάλλειν>· κιχήcεαι οὖν ἱκετεύειc <pro ἱκετεύcειc>, η 64 (p. 65, 13): τὸ γὰρ ἄκουρον οὐκ ἐκδεκτέον παῖδα <pro ἄπαιδα>, ἀλλὰ οὐκ ἔχοντα κοῦρον, ὅ ἐcτιν ἄρρενα <om. παῖδα>, η 105: ἠλακάτη τετάνυcτο ἰοδνεφὲc ἦροc <pro εἶροc> ἔχουcα, η 225 (p. 68, 9): ὡc παρὰ Μενάνδρῳ cμικρύνηcιν <pro Cμικρύνηc ἐν> Ἐπιτρέπουcιν· ὃ δ' ἐπεὶ ὅ cφιν <ita H; Q: ὃ δ' ἐπεὶ όc φηcιν, pro ὁ δὲ Πῖόc φηcιν>, η 313 (p. 71, 13): εἰc τὴν ἀρετὴν ἣν <pro τὴν> ἀπὸ τῆc ὄψεωc. Neque huc referre dubito, quod lemma corruptum ἄνδρεc <pro ἀνδρῶν> φίλοι υἷεc, quod ad β 51 alteri scholiorum Porphyrianorum (edit. ad p. 26, 12 sqq.) codicis H praemittitur, in codice Q idem alteri eorum (= H p. 26, 5 sqq.[2])), quod solum habet, praefixum est.

Et haec quidem, quae modo attuli, Porphyriana; ex aliis autem scholiis addere iuvat γ 296 (p. 148, 5 Dind.): προηκούcαιc εἰc θάλαccαν πέτραιc περιβάccacθαι <pro περιαράccεcθαι vel. sim.> τὰ κύματα, δ 84 (p. 181, 11): Cηιδονίουc <pro Cιδονίουc> τοὺc κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν μετοικήcαντac Φοίνικαc, ibid. (p. 182, 4): Αἰθίοπαc θ' ἱκόμην καὶ <om. Cιδονίουc> Ἄραβαc <om. τε>, δ 285 (p. 202, 8): ἄριcτον νῦν οὕτωc <pro οὐ τῷ> ἀξιώματι ἀλλὰ τῇ ἀνδρείᾳ φαcίν <pro φηcίν>, δ 477 (p. 215, 19): πέπυcθαι <sic uterque> ταῦτα φάcκοντεc ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν <pro ἱερέων>, ε 334 (p. 277, 28): Ἰνὼ μὲν ὅτε ἄνθρωποc ἦν, ὅτε δὲ ἀπεθέωτο <pro ἀπεθεώθη vel ἀπετεθέωτο>, ε 337

1) Hoc tamen loco etiam schol. Vind. idem vitium traxit.

2) In codice H huius quidem scholii lemma desideratur.

(p. 279, 19): αὐτὴ δ' ἂψ ἐς πόντον ἐδύσετο (H; Q, nisi erravi, ἐδύσατο) κώδινοντα ⟨H; Q autem κώ δίνοντα, pro κυμαίνοντα⟩, ζ 163 (p. 307, 27): ὡς τὸ νέον ἠβώωτο ⟨pro ἠβώωντα⟩. Neque illud omittendum, in utroque codice scholio β 132 (p. 93, 14—16) in fine verba μύθον ⟨sic⟩ ἐνίψω omni eo loco sensu carentia adhaesisse.

Alterum argumentum, utriusque codicis scholia unum archetypum summa cum fide reddere, in ea re positum est, quod scholia eorum, quamvis necessario inter se vinculo non contineantur, saepe prorsus eodem modo disposita sunt. Cuius rei, ne in describendo longus sim, quinque exempla, servatis[1]) utriusque libri scribendi erroribus, apponam:

δ 10—12

H f. 19^{b}	Q f. 39^{a}
υἱέι δὲ Σπάρτηθε. οἱ νεώτεροι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου γενέσθαι αὐτῇ Κόρυθον ἢ Ἕλενον, ἐκ δὲ Μενελάου Νικόστρατος. ἐκ δούλης. αὕτη, ὡς μὲν Ἀλεξίων, Γῆρι[2]), ὡς δὲ ἔνιοι θυγατῆρις, θυγάτηρ Ζευξίππης· ὡς δὲ ὁ τῶν Νόστων ποιητὴς γέ τις δούλης κύριον, φησὶ δὲ μηδέποτε λέγειν τὸν ποιητὴν θεράπαινα· διὸ καὶ τὸ εἰσόκεν ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὃ δούλην ἀθετοῦσιν.	υἱέι δὲ Σπάρτηθεν. οἱ νεώτεροι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου γενέσθαι αὐτῇ Κόριθον ἢ Ἕλενον, ἐκ δὲ Μενελάου Νικόστρατος. ἐκ δούλης. αὕτη, ὡς μὲν Ἀλεξίων, Γῆρι, ὡς δὲ ἔνιοι θυγατῆρες, θυγάτηρ Ζευξίππης· ὡς δὲ ὁ τῶν Νόστων ποιητὴς Γέτης δούλης κύριον, φασὶ δὲ μηδέποτε λέγειν τὸν ποιητὴν θεράπαιναν· διὸ καὶ τὸ εἵ σε κεν ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὃ δούλην ἀθετοῦσιν.
ἐκ δούλης. οἱ μὲν κύριον τὸ Δούλης, οἱ δὲ Τηριδάης· Τηριδάη γὰρ τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα. Ἑλένης δὲ θεοὶ γόνον οὐκ ἔτ' ἔφαινον. πιθανῶς, ἵνα ἐπὶ πλεῖστον ἀκμάσῃ, ἢ ἵνα ἐξ Ἀλεξάνδρου Κόρυθον ἢ Ἕλενον, ἐκ δὲ Μενελάου Νικόστρατον γενεαλογοῦσιν.	ἐκ δούλης. οἱ μὲν κύριον τὸ Δούλης, οἱ δὲ Τοριδάης· Τοριδάη γὰρ τὸ κύριον αὐτῆς ὄνομα. Ἑλένης δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον. πιθανῶς ἵνα κτλ. γενεαλογῶσιν.

ζ 244

f. 38^{b}	f. 74^{b}
ἄμφω μὲν ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος, διστάζει δὲ περὶ τοῦ πρώτου, ἐπεὶ καὶ Ἀλκμὰν αὐτὸν μετέβαλε παρθένους λεγούσας εἰσάγων· Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ ἐμὸς πόσις εἴη. αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις. Ἔφορος ἐπαινεῖ τὸν λόγον ὡς ἐξ εὐφυοῦς πρὸς ἀρετὴν ψυχῆς. ἐγὼ δὲ τοῦτο πρὸς τὸ ἀβροδίαιτον	οἱ γὰρ ἐμοί. ἄμφω μὲν ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος κτλ. Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ ἐμὸς πόσις εἴη. αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις. Ἔφορος κτλ. ἀβροδίαιτον

1) Iota subscriptum in utriusque codicis scholiis addidi.

2) ι manui correctrici debetur; fuerunt duae litterae, posterior sine dubio α.

H

τῶν Φαιάκων δίδωμι. καὶ ἄλλως. εἴθε τις ἐκ τῶν Φαιάκων ὅμοιος τῷ Ὀδυςςεῖ ἀνήρ μου εἴη κεκλημένος, ἢ αὐτῷ τῷ Ὀδυςςεῖ ἅδοι ἐνταῦθα μίμνειν, ἵν' ᾖ ὁ καί ἀντὶ τοῦ ἤ, ὡς ἐν τῷ ἤτοι ὁ μὲν πρώτῃςι καὶ ὑςτατίῃςι βόεςςιν αἰὲν ὁμοςτιχεύει.

Q

τῶν Φαιάκων δίδωμι: + καὶ ἄλλως. εἴθέ τις κτλ.

ἢ αὐτῷ τῷ Ὀδυςςεῖ ἅδοι (?) ἐνταῦθα μίμνειν, ἵν' ᾖ ὁ καί ἀντὶ τοῦ ἤ, ὡς ἐν τῷ ἤτοι ὁ μὲν πρώτῃςι καὶ ὑςτατίῃςι βόεςςιν αἰὲν ὁ. . . . τιχεύει.

f. 39[b] ζ 310 sqq. f. 76[a]

H

μητρὸς περὶ γούναςιν. ἤτοι ὡς γυνὴ γυναῖκα προκρίνει, ἢ ἐπεὶ φρονιμωτάτη παραδίδοται. καὶ ἄλλως δὲ φιλοικτίρμον τὸ θῆλυ:· Καλλίςτρατος. αἵ δ' εὖ μὲν τρεχέην. τὸ δὲ πλίςςοντο βάδην διέτρεχον, ὥςτε τὸ ὅλον εἶναι· εὖ μὲν ἐτρόχαζον, εὖ δὲ βάδην ᾔεςαν: εὖ δὲ πλίςςοντο πόδεςςι. πλίςςειν τὸ μεταφέρειν ςκέλος παρὰ ςκέλος φαςίν. οἱ Δωριεῖς δὲ τὰ βήματα πλίκας καλοῦςιν. Ἱπποκράτης δὲ κλάδος τὸ μεταξὺ τῶν μηρῶν διάςτημα· ὅθεν καὶ διαπεπλίχθαι φαςὶ τὸ περιπλέκειν τοὺς πόδας. ἐπειδὴ τοίνυν διιςταμένων τῶν μηρῶν τὸ βῆμα γίνεται, οὐκ ἀφυῶς οἱ Δωριεῖς τὰ βήματα πλίκας λέγουςι: πλίςςοντο. πλὶξ τὸ βῆμα, πλίςςοντο οὖν ἀντὶ τοῦ ἐβηματίζον. ἐπαινεῖ τοίνυν καὶ τὸν δρόμον καὶ τὴν τῶν ποδῶν κίνηςιν. + ἔςτι μὲν τὸ πλίςςειν τῶν ἅπαξ εἰρημένων κτλ.

Q

μητρὸς περὶ γούναςιν. ἤτοι ὡς γυνὴ γυναῖκα προκρίνει, ἐπεὶ φρονιμωτάτη παραδίδοται. καὶ ἄλλως δὲ φιλοικτῖρμον τὸ θῆλυ: + Καλλιςτρατος: + αἵ δ' εὖ μὲν τρεχέειν. τὸ δ' ἐπλήςςοντο βάδην διέτρεχον, ὥςτε τὸ ὅλον εἶναι· εὖ μὲν ἐτρόχαζον, εὖ δὲ βάδην ᾔεςαν. .ὖ δ' ἐπλήςςοντο πόδεςιν. πλήςςειν τὸ μεταφέρειν ςκέλος παρὰ ςκέλος φηςίν. οἱ Δωριεῖς δὲ τὰ βήματα πλίκας καλοῦςιν. Ἱπποκράτης δὲ κλάδης τὸ μεταξὺ τῶν μηρῶν κτλ.

λέγουςιν: + πλήςςοντο[1]). πλὶξ τὸ βῆμα κτλ.

f. 43[b] η 324 f. 84[b]

H

ἦγον ἐποψόμενον Τιτυόν. Ἐλάρᾳ[2]) τῇ Μινύου μίγνυται Ζεύς, δεδιὼς δὲ τὴν Ἥρας ζηλοτυπίαν ὑπὸ τὴν γῆν αὐτὴν κρύπτει, ὅθεν ἀναδίδοται Τιτυός, ὃς ἀθέμιςτος ἦν· ἠράςθη γὰρ τῆς Λητοῦς καὶ ἐτοξεύθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος. Ῥαδάμανθυς δὲ ἧκεν ἐποψόμενος Τιτυόν, ἢ

Q

ἦγον ἐποψόμενον Τιτυόν. Ἐλάρᾳ τῇ Μινοοῦ (?) μίγνυται Ζεύς κτλ.

Τιτυόν, ἢ

1) Correct. e πλίςςοντο.

2) ἐλάρα corr. ex ἐράρα.

H	Q
Διὸϲ ὢν ἐϲωφρόνιϲεν ἑαυτόν. φαίνονται οὖν Φαίακεϲ πληϲίον τῶν μακάρων νήϲων οἰκοῦντεϲ. ὅτι δὲ κατῴκει τὸ Ἠλύϲιον πεδίον ὁ Ῥαδάμανθυϲ ἤδη εἶπεν ὁ Πρωτεὺϲ ἐν τῷ πρὸϲ Μενέλαον λόγῳ· ἀλλά ϲ' ἐϲ Ἠλύϲιον πεδίον καὶ πείρατα γαίηϲ ἀθάνατοι πέμψουϲιν, ὅθι ξανθὸϲ Ῥαδάμανθυϲ.[1]	Διὸϲ ὢν ἐϲωφρόνηϲεν ἑαυτόν. φαίνονται οὖν κτλ. ἀλλά ϲ' ἐϲ Ἠλύϲιον πεδίον καὶ πείρατα γῆϲ ἀθάνατοι κτλ.

f. 60^{a} κ 189	f. 115^{b}
ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφοϲ. ἀγνοοῦμεν, φηϲὶν, ἐν ποίῳ κλίματι ἐϲμέν, καὶ οὐ δυνάμεθα ϲυγκρῖναι ὡϲ πρὸϲ ἑτέραν χώραν, εἰ ἀνατολικοὶ ἐϲμὲν ἢ δυτικοί. ἐλθόντεϲ οὖν μάθωμεν παρὰ τῶν οἰκητόρων, καὶ οὕτωϲ τὸν ἐπὶ τὴν πατρίδα πλοῦν ποιηϲώμεθα. ἐκ τούτων δὲ ἐκτετοπιϲμένη φαίνεται ἡ πλάνη τοῦ Ὀδυϲϲέωϲ: ἄλλωϲ· ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν. ἄλογον ἐϲτὶ τὸ τοὺϲ ἑταίρουϲ ἀθυμίᾳ περιβάλλειν. λύεται δὲ ἐκ τοῦ καιροῦ· πρὸϲ γὰρ τὸ δεῖν ϲκέψαϲθαι τοὺϲ οἰκήτοραϲ τῶν τόπων ἥρμοττε τὴν ἀπορίαν τῶν χωρίων εἰπεῖν: ἄλλωϲ· οὐ γάρ τ' ἴδμεν. ταῦτα λέγει οὐκ ἀπορῶν, ἀλλὰ δεινοπαθῶν τοῖϲ παροῦϲιν· οὐ γὰρ ἴϲμεν, ὅπου ἡ δύϲιϲ ἢ ὅπου ἡ ἀνατολή.	ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφοϲ. ἀγνοοῦμεν, φηϲὶ, ἐν ποίῳ κλήματι ἐϲμέν, καὶ οὐ δυνάμεθα ϲυγκρίναι ὡϲ πρὸϲ ἑτέραν χώραν εἰ ἀνατολικοί ἐϲμεν <dubito de accentu> κτλ. Ὀδυϲϲέωϲ. + ἄλλωϲ: + ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν. ἄλογόν ἐϲτι κτλ. εἰπεῖν: + ἄλλωϲ. ταῦτα λέγει κτλ.

Possum multa id genus addere; sed vel haec vereor ne longa quibusdam esse videantur. Tantum autem apparuisse spero, prorsus eandem in his codicibus adesse scholiorum recensionem; quam cum multis locis fidelissime uterque servaverit, esse etiam non paucos locos, ubi archetypi, e quo pendent, lectiones aut ab alterius utrius librario aut ab aliquo eorum, qui inter hos et ipsum archetypum intercesserunt, aut consulto aut per errorem mutatae sint, non est mirandum. Iam cum negari nequeat, non Harleianum tantum, sed etiam Ambrosianum meliora quam alterum codicem praebere posse, neque quisquam miraturus sit, quod

1) Praeterea in utroque codice in eadem pagina brevius scholium exstat (c. l. Τιτυὸν γαιήιον υἱόν): ὁ Τιτυὸϲ ἦν υἱὸϲ τῆϲ γῆϲ, ὃϲ ἠράϲθη τῆϲ Λητοῦϲ, καὶ ὑπὸ Ἀπόλλωνοϲ ἐτοξεύθη. τοῦτον οὖν καὶ ὁ Ῥαδάμανθοϲ ὁ δικαιότατοϲ παρ' Ἕλληϲι κριτὴϲ ἐτιμώρηϲε πρότερον.

locis quibusdam scholiorum Q lectiones in textum recepi[1]) et initio huius disputationis Porphyrii nomini ad δ 662 ab uno Q servato nonnihil tribui (p. 138), tamen, si quidem ex iis dux eligendus erat, quem ut primarium ubique fere sequeremur, codici qui propius absit ab archetypo[2]) palmam tribuendam esse facile concedetur. In ipsis certe iis quae inde a p. 160 huc contulimus adsunt vestigia, quae in recentioris codicis scholiis nonnulla parum apte esse mutata prodant, velut quod ad δ 10—12 (p. 160), ubi post ἐξ Ἀλεξάνδρου in utroque codice verba γόνον μὴ σχῇ, οἱ δὲ νεώτεροι Ἑλένης μὲν καὶ Ἀλεξάνδρου, quae E habet, excidisse apparet, H recte γενεαλογοῦσιν illud in fine scholii positum servavit, Q propter ἵνα quod praecedit in γενεαλογῶσιν mutavit; vel quod ad ζ 310 sqq. (p. 161) εὖ δὲ πλίσσοντο, quod schol. H habet, in altero codice in εὖ δ' ἐπλήσσοντο mutatum est; nam codicem e quo schol. Q transcriptum est item πλίσσοντο habuisse, inde apparet, quod sub finem scholii Q πλήσσοντο ⟨in textu huius quidem codicis ἐπλήσσοντο est⟩ e πλίσσοντο correctum est. Quam maxime autem huc pertinet schol. ε 490, ubi, cum in BETVd codicibus initio recte legatur πᾶσα οὐσία μείωσιν πάσχει, in H παρὰ οὐσία μ. π. scriptum est; quod is qui scholia Q codici appingebat παρὰ οὐσίας scribendo sanare sibi videbatur.

Eadem ratio est eorum, de quibus hic quidem agendum sit, scholiorum codicis Palatini 45 (P), qui post fata iniqua iam dudum Heidelbergam rediit. De ipso codice iis, quae a Ludwichio (progr. II, p. 3) prolata sunt, non multa habeo quae addam, nisi illud, codicem esse membranaceum, foliis 224[3]) altis 0,222^{m}, latis 0,16^{m} usque ad ω extr. Odysseam exhibere paene integram, si quidem (in f. 52^{b}) versus tantum

1) Ad p. 38, 6 sqq. monere debui, alterum illud scholium γ 341 in codice H male iis quae ad p. 37, 11 sqq. edidimus agglutinatum in Q vacuo spatio ab superioribus diremptum in ima pagina scriptum esse.

2) De scholii HQ β 107 verbis ταῦτα δὲ πρὸς τὰ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένα, e schol. β 89, quod Q non habet (habet H) explicandis, in Herm. vol. XXII, p. 369 egi. — In scholio ν 119 (p. 116, 15) H verba quaedam, quamquam corrupte tradita erant, servavit, Q abiecit eorumque loco lacunam reliquit.

3) Praeterea hoc volumine haec continentur: f. 225^{a}—229^{b} Batrachomyomachia cum ea, quam p. 164 attuli, subscriptione, cui subiungitur: εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι τῆς βατραχομυομαχίας σπ̄; f. 230^{a}—231^{a} ὑπόθεσις τῆς ὅλης Ὀδυσσείας post Buttmannum edita a Dindorfio, p. 3—6; f. 231^{b}—233^{a} ἑτέρα ὑπόθεσις περὶ Ὀδυσσέως, de qua vid. Dindorf. ad p. 6, 23 et nos Herm. XXII, p. 355, 1; in eodem f. 233^{a} sequitur narratiuncula περὶ Ὀδυσσέως καὶ τοῦ ἀρότρου (φασὶν ὅτι Ὀδυσσεὺς, ἡνίκα οἱ Ἕλληνες ἠνάγκαζον αὐτὸν — ἀλλὰ τὴν Ὀδυσσέως πᾶσαν ὑπόθεσιν προείπομεν), quae excipitur a versibus ὥσπερ γεωργὸς τοὺς τάχυς ⟨sic⟩ ηὐξημένους | ὁρῶν γάνος ⟨γᾶνος cod.⟩ τι λαμβάνει τῇ καρδίᾳ | οὕτως ὁ βίβλον συμπεραίνων ἐν κόπῳ. In f. 233^{b} et f. 234^{a} sequuntur tractatus tres, primus incipiens: αἱ μεθηλικιώσεις τοῦ ἀνθρώπου εἰσὶν ἑπτά, secundus (f. 234^{a}): πόσαι ἀρεταὶ τοῖς ἄρχουσι πρέπουσιν, tertius (ibid.): Ζηνοδότου Φιλεταίρου περὶ διαφορᾶς φωνῶν καὶ ἤχων (de quo vid. Creuzer, Meletem. I, p. 10); in f. 234^{b} denique a recentiore manu sententiae, ut videtur morales, admodum detritae.

ζ 224—316 desiderantur[1]), in paucis autem foliis (velut f. 19ª = γ 140—62; 49ª = ζ 12—34) aliorum librariorum, quos eidem aetati assignaverim, manus apparere. Rectissime autem nuper Ludwichius (in praef. ad Hom. Od., p. X) monuit, quod quidem ad textum attineat, inter antiquissimos huius carminis codicem habendum esse; scriptus enim est secundum versus quosdam barbaros a Ludwichio in progr. cit. publici iuris factos a Palagano quodam,

δισχίλι' ἐτάων προθεόντων ἑπτακοσίων
εἰνάτῳ ἐπὶ τοῖσδέ γ' ἔτει συνέποντι νῦ μᾶλλον,
μηνὶ ἄρ Αὐγούστῳ ἰνδικτιόνι τε τετάρτῃ,

i. e. anno mundi 6709, s. p. Chr. n. 1201. Quo de Palagano, homine ceteroquin plane ignoto, harum rerum peritiores aliquid constituere posse spero e subscriptione a Ludwichio neglecta, quam idem ille Batrochomyomachiae, quae Odysseam in codice subsequitur, in fine addidit:

ἐγράφη χειρὶ Παλαγάνου υἱοῦ Πελεγρίνου κόμητος
τοῦ ἀπὸ τῆς ἰδρούσης μηνὶ Ὀκτωβρίῳ τῆς ἰνδικτίωνος ε′ [εἰς τὴν η′ ἡμέραν] ἔτους ͵ϛψι′[2]): ∼

Quibus paullulum lucis affulget ex altera illa subscriptione; versibus enim modo ex ea allatis hi praemittuntur:

τέρμ' ἴδ' ἔλαβε μόγῳ ῥὰ ἀγάκλυτος ἠδ' Ὀδυσεῖα,
βίβλος γ', ἥντινα γέγλαφε Παλαγᾶνος χερ' ἰδίῃ,
ὃς ῥὰ μάλ' ἀσκηθεὶς ἢ πατρίδι γαία ἰδρούσῃ
Μουσάων γόνος εὐφραδέως τελέθων ἐνέφηνε.

Ego coniecerim Palaganum Hydrunto fuisse oriundum, eamque urbem, postquam in Normannorum possessionem venisset, a Graeculis frigidissime sane non Ὑδροῦς, sed ἰδροῦσα πόλις fuisse vocitatam; etiam nomina Pelegrini et ipsius Palagani Italos potius quam Graecos produnt (Palagianum castellum, ut videtur, prope Barium situm in rebus gestis anni 1023 commemoratur; v. Muralt, Essai de chronographie Byzantine I, p. 596). Sed incertiora haec esse ipse sentio.

Ut igitur in viam redeamus, scholia huius codicis praeter paucissima quaedam non eidem manui quae textum exaravisset deberi, sed aetatis esse recentioris, eorum autem, quamquam suum cuique librario vindicare opus esset difficillimum, longe plurima et gravissima aetati eidem fere, cui Harleianorum pleraque et optima quaeque deberentur, adscribenda esse, optime idem Ludwichius perspexit. Cum autem scholia id genus in codice Palatino ad unos libros δεζη adesse iam dudum inter doctos homines constet, neque aciem Buttmanni fugerit (praef. p. X)[3]) conspirare ea aut cum Ambrosianis (Q) aut cum Harleianis scholiis, pro

1) Etiam (f. 59ᵇ) versus θ 9—31 is qui textum exaraverat omisit, sed addidit eos in margine manus posterior.

2) Quae uncis inclusimus ab eadem manu litteris minutioribus addita sunt. Ceterum nonnulla in hac subscriptione per compendia scripta sunt, sed de quibus omnis dubitatio exclusa sit. — Indictio quinta est annus p. Chr. n. 1202.

3) Turbavit rem, nimium hac quoque in re Dindorfiana confisus, de Karajan, p. 280.

horum Epilegomenorum consilio in iudicio de quattuor illorum librorum scholiis ferendo eo magis acquiescemus, quod Porphyriana ad δ — η quam plurima, ad reliquas autem rhapsodias vix ullum id genus scholium[1]) codex offert.

Ut igitur quaerere omittam, utrum pauca ea scholia, quae ad δεζη Palatinus liber habet, Harleianus non habet, eidem, unde cetera Harleiana scholia manaverunt, an alteri fonti debeantur — unum est enim inter ea scholium Porphyrianum (δ 477, edit. ad p. 47), neque magni illud pretii —, tantum dico, ea scholia quae in utroque codice adsint, cum alia, quae quidem examinaverim, tum Porphyriana, dubitari non posse quin eandem scholiorum recensionem plerumque utraque accuratissime, nonnumquam ita, ut altera utra habeat quo commendetur, reddant. E scholiis certe e δ — η p. 159 sq. allatis ea quae HQ ad δ 52. 84. 285 et unum quidem ex iis (= p. 46, 19 sqq.), quae ad δ 477 adscripta habent, in codice Palatino desiderantur, ad ε 334 autem scholium, cuius in HQ lemma est θεὸc αὐδήεccα, lemmate caret; sed ea, quae in hoc quoque codice adsunt, quam maxime cum iis conspirant, si quidem ad δ 636. 37 hic quoque μὴ δυνάμενοc χρήcαcθαι αὐταῖc Ἰθάκῃ (sequitur sane ἀγνοοῦcι δὲ ὅτι κτλ.), ad ε 334 ἐπὶ δὲ τῆc Ἰοῦc αὐδήεccα, ibid. ὅτε δὲ ἀπεθέωτο, ad ε 337 αὐτὴ δ' ἂψ ἐc πόντον ἐδύcετο κώδίνοντα, ad η 53 (item c. l. δέcποιναν μὲν πρῶτον κιχήcεαι) χεῖραc βαλεῖν· κιχήcεαι οὖν ἱκετεύειc, ad η 64 οὐκ ἐκδεκτέον . . . . ⟨vac. spat.⟩ παῖδα, ἀλλὰ οὐκ ἔχοντα κοῦρον, ὅ ἐcτιν ἄρρενα ⟨om. item παῖδα⟩, ad η 225 cμικρύνηcιν et ὅ δ' ἐπεὶ ὅ cφιcιν, ad η 313 τὴν ἀρετὴν ἣν ἀπὸ τῆc ὄψεωc legitur. Neque, cum ad δ 477 (p. 215, 19 D.) Palatinus quoque πέπυcθαι et ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν habeat, ei rei quod πέπυcθαι ταῦτα φάcκων ei quod est in HQ φάcκοντεc praetulit multum tribuerim; gravius videri posse concedo, quod ad ζ 163 non ἡβώωτο sed ἡβώωντο, ad η 105 autem non ἦροc, sed, id quod debet esse, εἶροc legitur.

Sed accedunt alia quae satis superque demonstrent, utriusque codicis scholia eiusdem originis prodere vestigia certissima; velut quod in schol. ζ 163 (p. 307, 20 D.), quod in utroque codice id quod modo attuli scholium antecedit, initio quidem νέωc ἀνερχόμενον· ὅμοιον τῷ ὅδ' ἀνέδραμεν ⟨-με P⟩ ἐρνεικόc ⟨H⟩ vel ἔρνει ἐικόc ⟨P; B habet ἔρνει ἶcoc⟩, sub finem autem οὐ τὸν ἐπὶ τῇ Λητοῖ ἀναδοθέντα φοίνικα φαcίν ⟨om. B⟩ legitur. Adde ε 404 (Porph. p. 59, 7 sqq.): αὖε δ' ἑτέρουc ⟨pro ἑταίρουc⟩· ἰωὴν καὶ τὴν φωνὴν ἰωὴν κέκληκε· τὸ ⟨pro τὸν⟩ δ' αἶψα παραφρέναc ⟨pro περὶ φρέναc⟩ ἤλυθ' ἰωή, ε 490: παρὰ ⟨pro πᾶcα, cf. p. 163⟩ οὐcία, ζ 8 (p. 294, 16. 19 D.): ἔξω τοῦ ν̄ Ἀριcτάρχειοι ⟨om. αἱ⟩, οὐχ ὥc τινεc ἐν Cχερίῃ et ὅτι Cχερία ὀνόματι ⟨non ὠνομάcθη⟩ ἡ τῶν ⟨in uno P⟩ Φαιάκων γῆ, ζ 125 (Porph. p. 57, 15): ἐπὶ τῆc Λευκοθέαc δ ⟨pro ἣ⟩ πρὶν μὲν ἔην κτλ., ζ 221 (p. 62, 22): καὶ ἡ Ἑλένη λούειτ' ⟨an λούει τ' ?⟩ ἂν Ὀδυccέα, η 16 (p. 64, 21): πῶc οὖν

1) Quod enim in f. 70ª addito Πορφυρίου ad θ 583· legitur scholium (= p. 80, 14) manus est recentissimae.

πέμπωcι ⟨pro πέμπουcι⟩ τοὺc ξένουc, η 86 (p. 328, 13 D.): τὰc θύραc χρυcᾶc, ἵνα τὸ πρῶτον τῇ ὄψει προcποίητον ἑαυτῆc ⟨EVd: προc-πῖπτον ἐκ τῆc⟩ πολυτελεcτάτηc ὕληc ᾖ, η 126 (Porph. p. 67, 7): αἱ μὲν ψύγονται ⟨ψύχονται T⟩ αἱ δὲ τρυγῶνται, η 257 (ad p. 69, 2): ὅτι τοὺc ἐρῶνταc εἰδὼc ⟨ᾔδη T⟩ ψευδομένουc. Prorsus eadem in **H**.

Quamquam autem negari nequit, in scholiorum disponendorum ratione Palatinum librarium nonnumquam ab Harleiano paullo magis quam Ambrosianum recedere — exempli causa affero, scholia ε 334 sqq., e quibus errores quosdam utrique librario communes modo attuli, in Palatino longe aliter collocata esse quam in HQ codicibus —, tamen hac quoque in re multis locis plane inter se consentiunt; velut ex iis quae p. 160 sqq. e libris δ — η attuli ea, quae Palatinus quoque habet[1]) (ζ 318[2]) sqq. et η 324), non solum mire cum iis conspirant, sed etiam prorsus eodem modo coniuncta leguntur. Ex aliis, quae multa afferre possum, ne longus sim, unus sufficiat locus, ζ 321; duo enim scholia prorsus eodem modo in codicibus H et P coniuncta sunt: καὶ πῶc ἀχλὺν ἐπιχέει τῷ Ὀδυccεῖ Ἀθηνᾶ ἅπαξ ἑcπέραc οὔcηc; τὸ δύcετο οὖν πρὸc δυcμὰc ἀπέκλινεν: — ἤγουν πρὸc δυcμὰc ἀπέκλινεν· ἡμέραc γὰρ ἔτι οὔcηc εἰcέρχεται Ὀδυccεύc, παρὸ καὶ ἀχλὺν αὐτῷ καταχέει.

Quid multa? Palatina in libros δεζη scholia longe plurima non minus quam Ambrosiana Q eandem atque Harleiana recensionem reddunt[3]) atque et ipsa nonnumquam habent quo alteris praestent. Quamvis autem eo nomine Ambrosianis superiora sint, quod librarius qui ea exaravit Harleiano suppar est, tamen ut in quattuor libris eum, quem in reliquis ut huius recensionis ducem primarium secuti sumus, deseramus inque alterius castra transfugiamus nemo opinor suadebit, atque eo minus, quod Porphyriana paullo plura, quam in altero codice adsunt, Harleianus habet.

Atque haec quidem de HPQ scholiorum condicione. De *reliquis* autem huius editionis *subsidiis criticis* paucissima restant dicenda.

Quod enim scholia minora quae vocant, quae quidem codex *Venetus* 613 (**M**) exhibeat, ex hoc uno codice, non addita aut editionis Aldinae (Venet. 1528) aut Dindorfianae vulgatorum (V) scholiorum lectionis discrepantia, edidi, vel ii, qui consilium meum, de quo p. 155 exposui, non amplectentur, non improbabunt, si meminerint, quam incertum adhuc de codicum eorum lectionibus iudicium nostrum fluctuet (cf. *Ludwichii* progr. I, p. 4, et IV, p. 3). Nonnulla eorum e codice *Vindobonensi* 56

1) Quae ad δ 10—12 edidimus scholia Palatinus non habet; cum in textu eius versus ζ 224—316 desiderentur (v. p. 163 sq.), *scholiis* quoque in HQ ad ζ 244 congestis caret.

2) Cur verba de ζ 310 agentia, quae HQ praemittunt, omissa sint, ex iis quae in superiore nota attulimus intelligitur.

3) Dignum est quod h. l. afferatur schol. ζ 106. In quo id quod Harl.
λέγουσιν
habet: τινὲς δὲ ἀγρόνομοι νέμουσι in archetypo fuisse videtur; alterum (νέμουσι) in *Palatinum* (in eodem antea per errorem ἀγρονόμοι scriptum erat), alterum (λέγουσιν) in Ambrosianum transiit.

(**Vb**) addidi vel adesse in eo significavi; plura ex eo afferre consulto neglexi, quippe qui aeque atque Ludwichius, quem de hoc codice vid. in progr. I, p. 3, mihi persuasissem, librum admodum exigui esse pretii; quod idem in ea eiusdem scholia cadit, quae inter „*minora*" edi non solent.[1]) Quod autem in paucissimis quibusdam, quae ex his recepi, codicum subsidio plane destitutus eram, non gravatus sum neque gravabitur, qui quantulum eorum in Porphyrianis sit momentum perspexerit. — De codice Marciano cl. IX, 4[2]), cui longam quaestionem ad π 188 editam debemus, vid. quae in Indice philol. XVII, p. 446, 1 attuli.

Caput secundum.

Cum in Prolegomenis Quaestionum ad Iliadem pertinentium satis docuisse mihi videar, Porphyrio intercedente quicquid ex ἀποριῶν Homericarum solutionum collectionibus in scholia transiisset eo pervenisse neque ullum, quo ad alteram id genus scholiorum duceremur originem, adesse vestigium — quamquam scholiis quibusdam diversae indolis quaerendi formam extrinsecus additam videri posse non negavi (Prol. p. 463 sqq. et infra cap. III) —, Odysseae autem scholia (qua de re initio superioris capitis egimus), si ab ea re discesseris, quod multo magis sunt decurtata, eandem quam alterius carminis scholia originem prodant, acta ageremus, si hic quoque exponeremus, quot locis praeter eos, quos p. 137 sqq. attulimus, de origine singulorum argumentis constaret certissimis. Quod ut locis quibusdam omitti non debet, ita — si modo novas res indagaturos nos esse speramus quae momento non careant — nunc id potius agendum est, ut quid ex huius carminis quaestionibus, quippe quae nunc demum ea qua par est diligentia examinari possint, de Porphyriani operis indole deque auctoribus quos in usum suum adhibuerit possit effici quaeratur.

1.

Ad Ζητήματα igitur Vaticana quod attinet, quae, quoniam iis potissimum nixi quidnam auctoritatis Πορφυρίου illi tot Iliadis scholiis adscripto tribuendum esset effecimus, pro fundamento quasi habenda esse Reliquiarum editionis nostrae in Prolegomenis Iliadis (p. 340) pronuntiavimus, de Ζητ. κγ', quod scholiorum ad instar decurtatum esse ibidem (p. 346) iam suspicati eramus, nunc, cum de codicis **T** auctoritate longe

---

1) Quod cod. S Dindorfii (Paris. 2894) prorsus neglexi post Ludwichii (progr. III, p. 3 sqq) iudicium nemo mirabitur. Quod enim initium scholii cuiusdam e quaest. Vat. α' excerpti (v. ad Iliad. p. 282, 4 sqq.) melius quam M (quem v. ad p. 30, 17 sqq.) servavit, sine ullo est momento.

2) Codicem eundem esse, quem Nauckius in Porphyr. Opusc. edit. altera Hercherum secutus Marcian. 211 dixit, optime demonstravit Ericus Bethe, Phil. N. S. I, p. 554.

aliter atque abhinc octo annos iudicem, ita me statuere, ut scholium in eo codice ad ε 182 servatum longe propius ad ipsam Porphyrii quaestionem accedere concedam, eo loco iam (ad p. 52, 1 sqq.) monui. Cum ceteris libelli Vaticani quaestionibus ea re quam maxime congruit, quod locus inter eos habendus est, in quibus ἀγνοεῖταί τι τῶν κατὰ τὴν φράσιν (Praefatio ad Anatolium, p. 281, 11); Stoica autem, cuius doctrinae vestigia in difficultate certe eo loco mota repperisse mihi visus sum, non solum in ceteris Porphyrii quaestionum librorum reliquiis, sed etiam in ipso primo eorum libro, quem cod. Vaticanus servavit, comparent (v. Prolegg. p. 399 sq.).

At non est Porphyrii ipsius primus ille zetematum liber Anatolio inscriptus, sed a grammatico aliquo consarcinatus, ita ut non sit, cur h. l. scholium T ε 182 a Vaticanis quaestionibus non abhorrere probare studuerim. Audio; neque neglexi A. Roemeri, quaestionum Porphyrii Iliacarum a me editarum censoris candidissimi de hac re iudicium (Ann. philol. 1885, p. 24 sqq.) ea qua digna sunt quae vir doctissimus profert religione perpendere. Roemerus igitur ad Noehdeni Heyneique, quos refellisse mihi visus eram, sententiam (Prol. Il. p. 340—45) proxime accedens, etsi non iisdem ductus est rationibus, posuit, Quaestiones Vaticanas a grammatico aliquo non e codicibus utriusque carminis scholiis ornatis — quae Valckenaerii fuit sententia —, sed ex ipso Porphyrii ζητημάτων Corpore excerptas esse, ita ut quaecumque enuntiatis aut verbis difficilibus intellectu vel prave intellectis melius intellegendis inservirent seligeret primumque Quaestionum librum esse iuberet; de praefatione Anatolio inscripta non constare utrum a grammatico illo ficta an e meliore et ampliore ipsius Porphyrii Corporis praefatione esset excerpta.

Huic dubitationi etiam rem spectanti satis gravi — quamquam etiam si recte sese haberet, vis argumentorum e libello Vaticano petitorum, Porphyrii nomini tot scholiis adscripto fidem habendam esse summam, non infringeretur — ut nunc demum respondeam inde factum est, quod non prius quam Odysseae codices et excussissem et quaecumque inde redundassent Porphyriana diligentissime examinassem δευτέρας φροντίδας promendas esse existimabam. Nunc autem fatendum est, nihil quod quidem huc pertineat[1]) novi inde afferri posse; ita ut Roemero assentiendum esse videri possit.

Sed vereor ne difficultates, quae non adsint, vir doctissimus viderit. Etenim quod miratur, quaestiones per solos Homeri codices propagatas plerasque a Vaticanis adeo discrepare, ut, nisi de origine earum codicum auctoritate constaret, Porphyrio abiudicandae esse viderentur, ego de discrepantia illa, quae me non fugerat, ita statueram et nunc quoque

1) Verba, quibus Ζητ. θ' in codice H finitur: οὕτως ἐβουλόμην τὰς Ὁμηρικὰς λέξεις καὶ τοὺς ἐξηγητὰς σκοπεῖσθαι καὶ τοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐξηγησαμένους ἀποδέχεσθαι, quae neque ipsius Porphyrii sint et inter τοὺς ἐξηγητὰς et quaestionis cui subiecta sunt auctorem aperte distinguant, contra Valckenaerii sententiam afferri posse, in Prolegomenis Iliadis iam monere poteram.

statuo, ut reliquorum Porphyrii librorum, quorum quaestiones in scholiorum tantum codices transierint, aliam atque primi libri in Vaticano codice servati fuisse indolem contendam. Quo ipsius Porphyrii praefationis ad Anatolium datae verba ducunt; dicit enim (p. 281, 7; integra autem verba apponam, quoniam eo loco parum apte me distinxisse doleo): πειράcομαι τά τε ῥηθέντα ποτὲ ἀνενεγκεῖν τά τε πάλιν ὑποπεcόντα προcθεῖναι, τὰc μὲν μείζουc εἰc Ὅμηρον πραγματείαc ὑπερτιθέμενοc εἰc καιρὸν cκέψεωc τὸν προcήκοντα, ταυτὶ δὲ οἷον προγύμναcμα τῶν εἰc αὐτὸν ἀγώνων· ἐν οἷc ἀγνοεῖται μὲν πολλὰ τῶν κατὰ τὴν φράcιν, λανθάνει δὲ τοὺc πολλοὺc τῇ δοκούcῃ ἐπιτρέχειν τῶν ποιημάτων ὁλοcχερεῖ cαφηνείᾳ προcέχονταc κτλ. Quae verba, quamvis male interpunxerim, numquam aliter intellexi nisi ut ἐν οἷc ad ταυτί relato dicere Porphyrium ponerem, se ut prolusionem quandam curarum poetae impendendarum haec proferre, in quibus res inessent κατὰ τὴν φράcιν male vel non satis accurate intellectae, licet plurimi (de verborum τῇ δοκούcῃ κτλ. interpretatione v. p. 171) id non sentiant.

Quod si dum haec ad Anatolium scribit Porphyrius nondum opus tanti ambitus, quanti Quaestionum ab eo collectarum opus exstitisse consentaneum est, certis finibus circumscripserat, postea autem, cum difficultatum propter res a poeta tractatas eiusve rerum instituendarum rationem a philosophis, sophistis, grammaticis motarum solutiones colligere coepisset, libris, quibus has mandaverat — trium certe librorum prooemia in quaestionibus ad I 356 (p. 141, 17), K 252, Y 67 sqq. adscriptis servata esse videntur; cf. Prolegg. p. 370. 403. 421 —, prolusionem illam ut primum librum adiunxit praemisitque, equidem non perspicio, cur — id quod eum neglexisse Roemer, p. 25, miratur — de variis ἀποριῶν generibus earumque solvendarum variis rationibus Anatolium sibi instituendum esse existimare debuerit.

Integerne an decurtatus libellus Vaticanus haec tempora viderit, nunc non magis mihi constat quam cum Prolegomena Iliadis (p. 351) scribebam, quamquam huc magis nunc inclino, ita ut quaestiones quasdam de rebus κατὰ τὴν φράcιν perperam tractatis agentes in scholiorum codicibus obvias (velut γ 151, η 104. 126) ex eodem libro primo fluxisse existimaverim. Sed de hac re utcumque alii statuent: tantum contendo, in Vaticanis quaestionibus nihil adesse, quod cum consilio illo, quod in iis secuturum se esse Porphyrius professus sit, pugnet. Roemeri enim in eo offendentis, quod in ζητ. ε′ (a nobis Iliad. p. 125, 19 sqq. edito) futtilium quarundam quaestionum neque τῶν κατὰ τὴν φράcιν ἀγνοουμένων in modum disputatio inde proficiscatur, πῶc Ὅμηροc νῦν δοκεῖ πρὸc μηδεμίαν χρείαν δυοῖν ἀνέμοιν εἰκόνα παραλαμβάνειν, sententia, dummodo intra terminos zetematis Vaticani nos contineamus — quod cum non fecerim me ipsum recto de his quaestionibus ferendo iudicio offecisse video —, concidet.

Verum non nude, ut modo attuli, quaestio ponitur, sed cum poetae agendi ratione coniuncta, quippe qui, cum accuratissime agere soleat in comparationibus (ἀκριβὴc ὢν περὶ τὰc εἰκόναc), eo quoque loco causam habere existimandus sit, cur non unum sed duos ventos mare tur-

bantes faciat. Quam quaestionem quamvis levem non omni tamen causa carere concedent, si qui cum versibus de quibus agitur versus Λ 308 vel O 383 vel Π 765 contulerint. Primo enim loco in imagine simillima ἀνέμοιο πολυπλάγκτοιο ἰωή, secundo ἴς ἀνέμου inducitur, tertio duo qui inducuntur venti inter se pugnantes Troianis et Achivis pugnam cientibus respondent, ut, praesertim cum etiam in imaginibus aliunde petitis[1]), nisi turbinis vim pingere vult, poeta non ἀνέμους sed ἄνεμον rem agentem facere soleat, quaestionem de hoc loco (cui unus simillimus est, B 145. 46) motam non prorsus supervacaneam esse dixerim. Sed haec mitto; tantum dico, quaestionem de Homericarum comparationum proprietate quadam, quamvis perperam instituta esset, ad res κατὰ τὴν φράσιν iudicandas pertinere; an erraverunt Herodianus περὶ σχημάτων inter τοῦ λόγου κατασκευάς imagines (εἰκόνας) referens (VIII, p. 608. 610 W.) aut Tryphon in libello περὶ τρόπων et εἰκόνας et παραβολάς figuris (τρόποις) τῆς φράσεως (ibid. p. 745) assignans?

Non recte igitur, ut paullo ante iam concessi, egi, cum codice Veneto B nimium confisus verba, quae zetemati Vaticano, cuius initium ille omisit, in fine addita habet: ἀνιστόρητον δέ φασιν εἶναι ἀμφοτέρους — πνέειν ἐκ τῆς Θρᾴκης, ut partem quandam quaestionis κατὰ τὴν φράσιν motae eodem loco (p. 127, 20 sqq.) edebam; quo fieri non poterat quin etiam schol. Leid. (id. A; cf. Townl.) ea subsequi (p. 128, 1 sqq.) iuberem, quod ut recte fecissem me vereri in Prolegg. Iliad. iam (p. 346, 1) significavi. Coaluerunt enim sine dubio in codice Veneto duae quaestiones e variis Porphyrii collectionis libris petitae, ut etiam ex iis quae ad Ζητ. Vat. ιγ′ (p. 302, 15) attuli facile effeceris, in Homeri quibusdam codicibus ad δ 11—14 duas fuisse quaestiones adscriptas, unam (i. e. Vat. ιγ′) de v. τηλύγετος notione agentem, alteram, διὰ τί Ἑλένη μόνην παῖδ᾽ ἐρατεινήν, τὴν Ἑρμιόνην, ἔτεκεν. Accedit huic sententiae argumentum haudquaquam spernendum, quod non solum cod. Leidensis in Porphyrianis quam maximae ille auctoritatis, sed etiam Harleianus 5693 (f. 111ᵇ) additamento illo carent.[2])

Quod autem Roemerus (p. 26) posuit, propter initium Ζητ. Vat. ϛ′: ἐπεὶ δὲ παραβολῆς ἐμνήσθημεν κτλ., statuendum esse, post ea, quae in uno cod. Veneto zetemati ε′ subiungantur, ei quem e Porphyrii opere collectaneo ἐκλογὴν quandam fecisse existimavit alia etiam ibidem praesto fuisse quae consulto omisisset, vereor equidem ut rectius dubitationem moverit. Neque enim intellego, cur non initio sexti zetematis ad initium quinti recurrere potuerit Porphyrius; quod autem in altera quaestione de παραβολῇ, in altera de εἰκόνι agitur, id nihili est. Quis enim dubitet quin παραβολαί illae, quae quidem hoc nomine dignae sint, in sexto zetemate allatae — non dico μεταφοράς — etiam εἰκόνες, vel εἰκόνες quinti zetematis παραβολαί vocari potuerint?

1) Exempli causa affero Ε 865, Ζ 147, Μ 157, Ξ 398, Ο 626, Ρ 57. 739, Υ 492, ε 368, ζ 20. — ψ 235 ad eas quas supra attuli imagines proxime accedit.

2) In Harleiano verba scholii ita disposita sunt, ut primum quidem (adscripto Porphyrii nomine) verba p. 126 β 31 — 127 β 19 legantur, tum p. 126 β 10—31 sequantur.

Sed largiamur excidisse nonnulla, in quibus comparationis alicuius iterum Porphyrius mentionem iniecerit. Equidem nescio, ad quemnam utriusque carminis locum aptius quam ad B 145 recurrere potuerit, cui loco cum I init. similitudinem quandam intercedere supra significavimus. Ecce autem ad ipsum illum versum et Leidensis codex et Scorialensis (cf. Ludwich, Ann. phil. 1889, p. 131) scholium habent Porphyrii nomine insigne (edit. Il. p. 27, 6 sqq.), quod cuinam quaestioni debeatur nemo adhuc perspexit; cuius scholii sub finem (l. 17) legitur: ταῦτα δὲ καὶ Ὅμηρον ἀκριβῶς ἐπιστάμενον τὸν τῶν Ἑλλήνων τάραχον . . . . . . παρεικάσαι. Hoc igitur scholium cum Ζητ. Vat. ε′ coniungere potui; extrema schol. *B I 4 verba (p. 127, 20—30) una cum schol. Leid. (p. 128, 1—6) ab eo seiungere debui.

Ergo, ut comprehendam, quamquam de nonnullarum Vaticanarum quaestionum ratione atque indole nunc paullo aliter atque cum eas edebam et in Prolegomenis (p. 346) de iis agebam me iudicare non dissimulavi, de libelli illius universa indole tantum abest ut Roemero adsentiar, ut certius quam olim a prolusione illa, quam ipse Porphyrius operi collectaneo suo praemiserit, eo tantum nomine differre contendam, quod haud paucae quaestiones librariorum sive incuria sive pravo consilio decurtatae in eo adsint. Quod autem Roemer (p. 25) praefationem Anatolio inscriptam ab eo, qui quaestiones κατὰ τὴν φράσιν movendas e Corpore Porphyriano selectas transcripserit, ex eiusdem Corporis praefatione multo nimirum ampliore excerptam esse suspicatur — huc enim magis inclinat quam ut pro subditicia habeat —, me de rebus, quas in praefatione non afferri miretur, cum eo non posse consentire, supra (p. 169) iam significavi; de verborum autem quibusdam difficultatibus, quae me quidem fugerant, non fugerant illius aciem, pauca quaedam sunt afferenda.

Ut igitur iis, quae de dubitationibus quibusdam mihi ipsi obortis amovendis in Prolegomenis (p. 345) monui, se accedere profitetur vir doctus, ita excerpentis manum parum felicem prodere ponit verba illa subobscura sane supra aliam ob causam allata: ἐν οἷς ἀγνοεῖται μὲν πολλὰ τῶν κατὰ τὴν φράσιν, λανθάνει δὲ τοὺς πολλοὺς τῇ δοκούσῃ ἐπιτρέχειν τῶν ποιημάτων ὁλοσχερεῖ σαφηνείᾳ προσέχοντας.

Quae verba cum antea, quamvis contorta essent, ita ut codex exhibet intellegi posse existimaverim — vertebam enim: „multa (quae ad elocutionem pertinent) non intelleguntur, id quod plurimos latet, quoniam animum (tantum) convertunt in perspicuitatem, quae carminibus (Homericis) in universum superfusa esse videtur“ —, nunc, cum dubium esse videatur, an ἐπιτρέχειν τοῖς ποιήμασιν necessario dicendum fuerit[1]), ad coniecturam facillimam sane confugiendum esse censeo, ita quidem, ut, enuntiato cum verbo σαφηνείᾳ finito, προσέχοντας in προσεχόντως mutato, ea quae sequuntur ita constituantur: προσεχόντως αὐτὸς δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν ἀνακρίνων εὐθυνέτω κτλ., atque verba inde a ταυτὶ δὲ οἷον προγύμνασμα κτλ.[2]) Latine ita reddantur: „haec autem quasi prolusionem

1) Cf. tamen p. 104, 9 versum ab Eudoxo allatum.

2) Verba igitur praefationis inde a l. 10 ita constitui: ταυτὶ δὲ οἷον προ-

laborum poetae impendendorum; in quibus multa insunt ad elocutionem pertinentia quae non recte intelleguntur; id quod plurimos latet propter eam quae superfusa (iis) videtur esse carminum Homericorum universam perspicuitatem. Cum animi autem intentione unusquisque a se rationem poscat cet.“

Huic verborum explicatu haud ita facilium constituendorum intellegendorumque rationi qui accesserit, etiamsi parum elegantem epistulae dedicatoriae esse sermonem suo iure contenderit, causam non suppetere concedet, cur a Porphyrio ea ita scripta esse negemus; neque enim iis, qui in his et in aliis quibusdam Praefationis enuntiatis contortis et exsanguibus offenderint, omittendum est, admodum iuvenem (v. Prolegg. p. 349) ea scripsisse Porphyrium. Bene autem accidit, quod in tanta epistulae eius brevitate duobus locis verba haud ita vulgaria occurrunt, quae in libris, de quorum origine nemo dubitat, simillima leguntur: τὰς μὲν μείζους εἰς Ὅμηρον πραγματείας ὑπερτιθέμενος[1]) εἰς καιρὸν σκέψεως τὸν προσήκοντα (p. 281, 8 sqq.) dico et ἕκαστος ἑαυτὸν ἀνακρίνων εὐθυνέτω (l. 13). Ad priorem enim loquendi modum quam maxime accedunt verba (de abst. II, 1): διὸ εἰς ἴδιον σκέμμα τὸν τόπον ὑπερβαλλόμενοι, ad alterum autem[2]) cum de abst. II, 4: ἡμεῖς μέντοι τὰς μὲν (τῶν ἀκολουθιῶν) ἤδη εὐθύναντες, τὰς δὲ — ἐλέγξειν μέλλοντες, νῦν τὸ περὶ τῶν θυσιῶν σκέμμα διευκρινήσομεν, tum (cui plus tribuendum) Vit. Pyth. 40: ἐπισκοπεῖν γὰρ προσήκειν — τά τε ἤδη πεπραγμένα καὶ τὰ μέλλοντα, τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας παρ᾽ ἑαυτοῦ ἕκαστον λαμβάνοντα, τῶν δὲ κτλ. — In fine autem si quis Praefationem decurtatam esse posuerit, me facile adsentientem habebit. Haud inscite profecto Roemer, quem neque haec difficultas fugerat, pro clausula illa brevissima sane ἡμᾶς τε ὀνήσει πλανωμένους διορθώσας aut ἢ ἀμείνονα γνοὺς ἡμᾶς ὀνήσει πλανωμένους διορθώσας (ita ego certe semper locum intellexi) aut ἡμᾶς τε αἰνέσει πλανώμενον διορθώσαντας legendum esse proposuit (p. 19). Sed vereor ne plura exciderint (cui suspitioni Roemerum non adversaturum esse, ex iis quae p. 25 attulit effeceris): male enim me habet initium primi zetematis abruptissime Praefationem excipientis: ἐζητοῦμεν τὸν νοῦν τε ⟨si modo Lascaris recte coniecit; codex τὸν, corr. e τῶν, habet⟩ καὶ τὰς λέξεις.

Atque haec quidem e Quaestionibus ad Odysseam pertinentibus curisque secundis a nobis Porphyrio impensis in Ζητήματα Vaticana redundaverunt.

2a.

In lyticos eos eorumque similes scriptores, qui certis quibusdam finibus non circumscripti sed libere in campo suo exspatiantes variarum

γύμνασμα τῶν εἰς αὐτὸν ἀγώνων· ἐν οἷς ἀγνοεῖται μὲν πολλὰ τῶν κατὰ τὴν φράσιν, λανθάνει δὲ τοὺς πολλοὺς τῇ δοκούσῃ ἐπιτρέχειν τῶν ποιημάτων ὁλοσχερεῖ σαφηνείᾳ. προσεχόντως αὐτὸς δὲ ἕκαστος ἑαυτὸν ἀνακρίνων εὐθυνέτω κτλ.

1) Cf. etiam de Antr. N. extr.: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου εἰς ἄλλην πραγματείαν ὑπερκείσθω ⟨Marcianus quidem codex, de quo vid. Bethe, Phil. N. S. I, p. 554, ὑποκείσθω⟩ τὸ σύγγραμμα.

2) Addenda sunt haec iis, quae de v. εὐθύνειν Prol. Iliad. p. 345 attulimus.

quaestionum Homericarum temere nonnumquam motarum solutionibus aut inveniendis aut colligendis operam impenderunt aut libris σύμμικτα vel similiter inscriptis res quasdam ratione a postera aetate discrepante ab Homero narratas explicare vel commendare susceperunt — de quibus ad Iliadem in Prolegomenon tertii capitis particula prima egimus —, e quaestionibus nunc a nobis editis vel ex iis quas antea edidimus denuo examinatis ita tantum aliquid novi redundavit, ut de auctoribus quibusdam, quos aut in usum suum converterunt aut copiis suis auxerunt, nunc certius rectiusve iudicare possimus.

Nihil igitur praeter ea quae in Prolegomenis illis attulimus certis argumentis ad Dionysii Ἄπορα, nihil ad Corpus Alexandrinum[1]), nihil ad Philemonis[2]) σύμμικτα, nihil ad eum, quem parum circumspecte me huc rettulisse ex Hilleri dissertatione „*Zur Quellenkritik des Clemens Alexandrinus*" (Herm. XXI, p. 126 sqq.) didici, Dorotheum Ascalonitam[3]) referri potest, quamvis multis praeterea locis copiis eorum usum esse Porphyrium consentaneum videatur. Neque magis quam antea e Sosibii Laconis, Soteridae, Diogenis Tarsensis quaestionum libris (Prolegg. p. 369) aut Aristotelis Convivio Didymive Συμποσιακοῖς (p. 379) aut ex Heraclidis Pontici minoris Λέσχαις (p. 371) aut e Favorini (p. 380), Alexandri Cotyaeensis (p. 379), Telephi (p. 380) operibus collectaneis in Ζητήματα utriusque carminis quicquam transiisse certo demonstrari potest.[4])

Restant duo libri, Seleuci σύμμικτα (Prolegg. p. 380) et Plutarchi Chaeronensis Συμποσιακὰ προβλήματα (p. 371 sqq.), ad quos infra,

1) Neque ad Satyrum, cuius solutionem ad Ξ 216 (cf. ad θ 288) traditam e Corpore illo fluxisse suspicatus sum (Prolegg. p. 370. 82). — Vix recte Maur. Schmidtium Dionysii, quem Thracem esse existimavit, de dracone Aulidensi commentum (B 308, p. 36, 22 sqq.) indidem repetivisse (Phil. VII, p. 380) olim significare debebam. Ἀπόρων illius scriptoris ingenium ut perspiciatur, conferenda est inepta narratiuncula a Ptolemaeo Hephaestionis (Phot. bibl. p. 147 β 23) ex Alexandro Myndio, si Dis placet, de rebus a dracone illo gestis transcripta.

2) Aetatem hominis inter Alexandri Cotyaeensis et Porphyrii tempora esse collocandam bene monuit Robertus Weber in Commentationibus philol. O. Ribbeckio sacris (Lips. 1888), p. 444; neque habeo quod sententiae eius, Philemonem grammaticum Maximini iunioris in litteris Latinis magistrum (Iul. Capitol., Maxim. duo, cap. 27) pro eodem haberi posse, opponam.

3) Nunc non dubito, quin ὅλον βιβλίον illud, quo de v. κλίσιον notione cet. egerat Dorotheus (edit. ω 208), unus e λέξεων eius libris fuerit. Opus vasti fuisse ambitus Ath. VII, p. 329 D docet: Δωρόθεος ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐν τῷ ὀγδόῳ πρὸς τοῖς ἑκατὸν τῆς λέξεων συναγωγῆς θῆτταν γράφει. Etiam quod περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης conscripsit σύγγραμμα (Ath. XIV, p. 662 F) haud scio an eiusdem συναγωγῆς particula fuerit.

4) Mireris sane Felicem Rudolphum in dissertatione de Aeliani Variae Historiae fontibus (Stud. Lips. VII, p. 49) opus collectaneum a Gellio (XIV, 6) irrisum iterum pro Favorini παντοδαπῇ ἱστορίᾳ venditasse, neglectis prorsus iis, quae cum Martinus Hertz tum ego contra Nietzschei sententiam protulimus (v. Prolegg. p. 381).

ubi de Peripateticis agemus, recurrendum erit; de altero autem hoc iam loco, id quod olim neglexeram, afferendum est, cum quaestione Plutarchea (VII, 2): τίς ὁ παρὰ Πλάτωνι (Legg. IX, p. 853 D) κερασβόλος, καὶ διὰ τί τῶν σπερμάτων ἀτεράμονα γίγνεται τὰ προσπίπτοντα τοῖς κέρασι τῶν βοῶν, similitudinem quandam intercedere scholio **H** (f. 140[b]) et **Vd** (f. 142[b]) ψ 167 (de κῆρ ἀτέραμνον):

σκληρόν, τὸ μὴ τέρεν. μετῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν ψυχήν. οἱ δὲ περὶ Πλάτωνα κερασβόλους φασὶν *ἐπὶ* ἀτεράμνοις καὶ σκληροῖς τὴν ψυχήν, μεταφορικῶς. Θεόφραστος γάρ φησιν, ὃ ἂν σπέρμα ἐν τῷ καταρρίπτεσθαι ἅψηται τῶν κεράτων τοῦ ἀροῦντος βοός, σκληρὸν γίνεται. ὁ δὲ νοῦς· περισσῶς οἱ θεοὶ κτλ.[1])

Cum Theophrasti nomen recte sine dubio restitutum sit (fuit nimirum . εόφραστος, Θ, quod rubro addendum erat, omisso), scholium ad loci Plutarchei similitudinem propius etiam accedit, si quidem ibi quoque philosophi memoria recurrit (statim ab initio: Θεοφράστου δὲ αἰνιττομένου τὸν λόγον ἐν οἷς πολλὰ συναγήοχε . . . . ἐν τούτοις γὰρ καὶ τῷ κερασβόλῳ τῶν σπερμάτων προτίθεται πρᾶγμα πίστιν ἔχον ὅτι γίγνεται, τὴν δ' αἰτίαν ἔχον ἄπορον (ita quidem codices; verba corruptissime tradita corr. Val. Rose, Ar. pseud. p. 356). Tamen, cum eorum, quae Plutarchi propria sunt, quaerentis nimirum quaenam esse possit causa rei a Theophrasto allatae, in scholio vestigium sit nullum — aliter apud Eustathium, qui et h. l. (p. 1943, 2) et C 474 (p. 1154, 18) Plutarchum in Symposiacis[2]) de αἰτίᾳ quaesivisse rettulit —, hoc quoque loco (cf. Prolegg. p. 377) dubito an origo scholii non e libro illo Plutarchi, sed e fonte quodam, qui Plutarcho quoque patuerit, repetenda sit. Quem qui non inter Homeri sed inter Platonis interpretes quaerendum esse existimaverit, facile verum viderit; an casu esse factum dices, quod non solum apud Plutarchum et in scholio HVd, sed etiam aliis grammaticorum scholiastarumque locis, velut schol. Ar. Vesp. 730 (alia e Ruhnkenii notis ad Timaei lex. Plat., p. 155, peti possunt), verborum κερασβόλος et ἀτεράμων apud unum Platonem[3]) iuxta positorum interpretatio coniunctim profertur?

---

1) 1 τὸ μὴ τέραν H, τὸ μὴ τ . . . . (12 fere litt. eros.) ἀπὸ τοῦ c. Vd 2 οἱ δὲ περὶ πλ . . . . . 'κερασβόλην Vd, πλάτωνα ἀκερασβόλην H; κερασβόλους ego ἐπὶ inserui 3 σκληροῖς et μεταφορικῶς (praeter ῶς) evan. Vd post μεταφορικῶς Vd: ∼ ἄλλως εὔφραστος ⟨εὔφραστ . . Vd⟩ codd.; corr. Buttm.; in sequentibus praeter eas quas indicavi in Vd nonnullae litterae erosae sunt 4 σπέρμα εὔω . . . . αρρίπτεσθαι Vd 5 σκληρόν Vd; σκληρός H

2) Etiam I, p. 748 extr.; p. 757, 39, Eustathius Plutarchi Συμποσιακά citat (Γ, p. 415, 32, quem Prolegg. p. 372, 3 ut tertium attuli locum, auctoris nomine caret; cf. p. 377, 2).

3) Quod enim Theophrastus (Caus. Pl. IV, 12) quaerens, πῶς ποτε τὰ τεράμονα ἢ ἀτεράμονα γίνεται κτλ., ad vulgi superstitionem, ὅτι τὸ κερασβόλον ἀτεράμον γίνεται defertur (§ 13), aliter se habet.

2 b.

Longe plura de iis, qui criminibus a philosophis sophistis rhetoribus Homero intentis responderunt, de quibus in Prolegomenis p. 383 sqq. egimus, e quaestionibus nunc a nobis editis nova proferri possunt.[1]) E quibus primo loco se offert Antisthenes, cuius Homerica studia post ea quae ego attuleram egregiam et Ferdinandi Duemmleri (Antisthenica, p. 16 sqq.) et Ernesti Weberi (Stud. Lips. X, p. 110. 224 sqq.) curam experta sunt; quibus si scholia Odysseae forma meliore et certiore quam Dindorfii editio exhibet praesto fuissent, non dubito quin iidem num quid in iis lateret, quod quamvis nomen abiecisset eiusdem originis certa praeberet vestigia, quaesivissent.

Ergo, ut a certis profecti concludendo divinandoque veri similia certe efficiamus, de Antisthenis de Ulixe πολυτρόπῳ disputationis consilio pluribus agere post eorum quos nominavi libros supervacaneum est. Neque tamen, praesertim cum ipse olim perperam dubitationem quandam de ea re moverim (Prolegg. p. 386), inutile est monere, quaestionem a Porphyrio servatam certissima dialogi prodere vestigia; vix enim aliter explicandum est, quod et ἐνστατικοῦ (p. 1, 1) et λυτικοῦ (l. 10) sustinere personam idem Antisthenes videtur.

Optime autem E. Weber (p. 227) v. πολύτροπος, quam Antisthenes[2]) esse voluit, notionem rhetoricam[2]) quam maxime pressit, ita ut dubitari non possit, quin verbis p. 2, 14 sqq. editis post ea quae Porphyrius inseruit iterum Antisthenica contineantur. Sed longe gravius est, quod non solum quaestiunculam α 3 in uno codice **D** servatam, quippe quae cum arte orationis hominum ingeniis accommodandae cohaereat, sed etiam uberrimam illam quaestionem in codicibus ad α 284 adscriptam, quamvis auctoris nomen abiecerint, Antisthenis continere doctrinam facile inde concluseris. Et de priore quidem loco ea, quae ad p. 2, 3 attuli, sufficient; ad alterum autem quod attinet, attendas quaeso, quanam ratione Minervam non esse vituperandam, quod Telemachum matrem et domum relinquere iusserit, in breviore scholio p. 18, 15 sqq. a nobis edito efficiatur. Ἔδει, inquit, τὸν ἐν γυναιξὶ τεθραμμένον, λύπαις τεταπεινωμένον, ῥητορειῶν οὐ πεπειραμένον οὐδεπώποτε πολύτροπον γενέσθαι παραπλησίως τῷ πατρί, καὶ τοῦτο κερδᾶναι τῇ πλάνῃ κτλ. Ecquid propius ad Ulixem Antisthenicum πολύτροπον ὄντα ἐπεὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἄστεα εἶδεν accedere potest? Iam quis nescit, inter dialogos Antisthenis Homericos unum fuisse Ἀθηνᾶ ἢ περὶ Τηλεμάχου inscriptum. Quae cum ita sint, non dubito etiam quaestionis longe uberioris, quam priore loco collocavimus (p. 15, 4 sqq.), magnam certe partem (si non

---

1) Obiter moneo, de Glauco sive Glaucone, de quo p. 385 egi, post me egisse Hillerum, Mus. Rh. XL, p. 431 sqq. Qui eo inclinat, ut in schol. Λ 636. 37 cum Heitzio Γλαύκων scribendum esse existimet et an idem sit atque Teius ille ab Aristotele, rhet. III, 1, allatus dubitet.

2) Num in Prolegomenis Iliadis (p. 387) recte cum Friedelio posuerim, Antisthenem πολύτροπον Ulixem contra Hippiae sophistae criminationes defendisse, post ea quae Duemmler p. 31 sqq. attulit mihi non prorsus constat.

plura, ea certe, quae usque ad p. 16, 13 leguntur) eidem Antistheni vindicare. Verum quidem est, hic non agi de multifaria dicendi arte; sed παίδευσιν Telemachi etiam tum ἀπαιδεύτου consilium esse deae primarium non semel accipimus, Antistheni autem quanti παιδεία fuerit cum dudum constet, tum optime Duemmler, p. 27, persecutus est. Neque καὶ ἐρεῖ (ἡ θεά) illud (p. 15, 23) cum quaestionum loquendi ratione parum congruens e dialogi colore repetere vereor.

Etiam in quaestione α 332, si modo recte p. 21, 20: πῶς οὐκ ἔτι μᾶλλον ἢ παρ' αὐτοῦ (τοῦ 'Οδυσσέως) παιδευθεῖσα (Πηνελόπη) . . . . . . αἰσχύνεται conieci, cum inter Antisthenis libellos Homericos dialogum περὶ [τοῦ] 'Οδυσσέως καὶ Πηνελόπης[1]) fuisse constet, eiusdem doctrinam latere existimo. Quod enim initio quaestionis a Peripateticis, ut videtur, contra Dicaearchum disputatur, non obstat; nam ante verba scholii inde a p. 21, 11 inter se cohaerentia excidisse nonnulla apparet (v. ann. crit.) et in scholiis excerptis cod. H (simil. ED; v. ad p. 21, 19 sqq.) Antisthenis quam statuerim solutio interiecto ἄλλως ab antecedentibus seiuncta est.

Sapientis, quem quanti fecerint Cynici inter omnes constat, exemplar omnibus numeris absolutum Ulixem iis fuisse optime docuit Weber, l. c. p. 227. Non sine causa igitur neque ut una quadam in re prudentiam eius efferret Antisthenes in ipsa de v. πολύτροπος disputatione, διότι σοφός, inquit, οὕτως αὐτὸν προείρηκε (p. 1, 11), aut in scholio ε 211 (edit. p. 69, 17) εἰδέναι σοφὸν ὄντα dixit τὸν 'Οδυσσέα, ὅτι οἱ ἐρῶντες πολλὰ ψεύδονται, idemque eam unam ob rem Penelopes eum desiderio teneri pronuntiavit, quod περίφρων esset. Vix igitur quisquam nos improbabit, si in aliis etiam quaestionibus, quibus sapientia eius aut demonstratur aut defenditur, num causae suppetant idoneae quae ad Antisthenem ducant, circumspiciemus. In quibus primo loco se offert disputatio quam ad α 5 sqq. (p. 4, 11 sqq.) edidimus, qua, sive cum iis quae in codicibus antecedunt a nobis recte coniuncta[2]) sive aliter cum iis coniungenda est, Ulixes defenditur, ὅτι μάλιστα ἐσπούδασεν ὑπὲρ τῶν μὴ ἔξωθεν αἰτίας ἀπολεσθέντων, ἀλλὰ τῶν σωθέντων ἄν, εἰ μὴ ἄφρονες ἦσαν. Ubi ea, quae compluribus locis repetuntur, sapientem ut se ipsum ita alios neci eripere, sapientiamque immortales reddere posse homines, sed ita tantum, ut discrimina vitent, in quae stulti homines,

---

1) Recte Duemmler, p. 18: *„Articulus τοῦ molestus est"*; qui haud scio an ex eo quod proxime antecedit περὶ τοῦ Κύκλωπος transcribentium errore repetitus sit. Iis quoque quae Duemmler addit, se ad certum quendam Odysseae locum dialogum referre non audere, adsentior; sed praeter alia, cur Penelopae postremae omnium se aperuerit Ulixes Antisthenem quaesivisse existimaverim. Fatendum tamen est, quaestionem π 188 a nobis editam Κυνισμοῦ vestigia non prodere. — Titulum περὶ τοῦ κυνὸς in editionibus interiecto καὶ cum verbis περὶ [τοῦ] 'Οδυσσέως καὶ Πηνελόπης contra codicum auctoritatem coniungi, idem Duemmler docuit.

2) E scholio D: ἰδίως τῶν ἐν αὐτῇ τῇ νηὶ δηλοῖ ἀκόλουθον δὲ κτλ. (v. ad p. 4, l. 10) et cohaerere utrumque scholium et verba quae in cod. H exciderint ita fere ut nos ea constituerimus esse supplenda apparet.

nisi melius instituantur, suam voluntatem secuti incurrant, quis dubitabit, quin non tam egregiam Ulixis prudentiam, quam sapientis in omnia imperium (cf. Weber, p. 91), cuius unicum ille sit exemplar, extollant? Iam ii qui meminerint, in hac quaestione sapientiae Ulixis stultitiam sociorum (εἰ μὴ ἄφρονες ἦσαν) opponi, facile concedent, videndum esse an in aliis etiam scholiis alterorum vitium alterius virtuti opponentibus eiusdem doctrinae indicia adsint; neque enim neglegendum, apud Horatium non solum utile quid virtus et quid sapientia possit Ulixèm exemplar audire (quo bene provocavit Duemmler, p. 23), sed etiam de Circae poculis legi:

Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors.

Equidem, cum inter solutiones ἀπορίας, cur non consilium sociorum secutus ex antro Polyphemi Ulixes aufugerit (ι 195 sqq.), legatur (p. 91, 6): δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι τὸ ἄδηλον ἐν τῷ βίῳ καὶ τῶν φρονίμων κρεῖττόν ἐστιν, ὅπου ἐν τοῖς τοιούτοις ἐνίοτε καὶ ἄφρονες κατορθοῦσιν, haec cum scholio α 5 componere non vereor; ipse Ulixes autem cum ibidem (p. 90, 20) verbis ἄδικον <an ἀδίκου?> αὐτῷ ἐδόκει . . . . . μηθὲν ἀδικήσαντα excusetur, haec, si modo recte aut cum Dindorfio εἶναι aut mecum φυγεῖν suppletur, ita esse accipienda existimaverim ut dicant, non esse sapientis, qui nihil mali commiserit, fugere quasi mali facinoris sibi sit conscius. Sed hoc quidem parum constare concedo; in quaestionibus autem de Circe, quae sociorum corpora mutaverit Ulixe autem inferior fuerit, institutis (κ 329), non adesse Antisthenicae doctrinae vestigia, quamvis male gravissima earum pars tradita sit, mihi non persuadeo.[1]) Cum enim constet, τὴν ἕξιν τῶν ἑταίρων ei rei, quod Ulixes οὐκ ἐθέλχθη (p. 100, 9. 10), opponi, in altero autèm eiusdem quaestionis fragmento in eodem codice **T** servato ἀφροσύνης esse perhibeatur τὸ θελχθῆναι (p. 101, 8), dubitari vix poterit, quin recte l. c. Ὀδυσσεὺς οὐκ ἐθέλχθη οὐδ' ἤλλαξε τὸ τῆς γνώμης διότι σοφὸς ἦν suppleverim, praesertim cum etiam secundum Stoicorum allegoriam Ulixes, quippe qui sapiens esset, τὸ μῶλυ ἔλαβε, τὸν τέλειον λόγον, ὑφ' οὗ βοηθούμενος οὐδὲν παθεῖν ἠδύνατο (v. ad p. 100, 10). Quod si concedetur Antisthenis dialogorum Homericorum decreta in his scholiis latere, cum in altero codicis **T** de h. l. scholio disputatio quaedam haudquaquam inepta, quam recte me restituisse spero, de virgae Circes vi sequatur (p. 100, 14 sqq.), inter dialogos autem illos unus fuerit περὶ τῆς ῥάβδου inscriptus (cf. Duemmler, p. 17), nonne omnia haec inter se optime fulciuntur omnemque paene inde a p. 100, 5 disputationem ut Antistheni vindicemus suadent?

Sunt inter ea, quae paullo ante attuli, quae, cum res quae in Cy-

1) Non multum ei rei tribuo, quod apud Diogenem Laertium (VI, 18) multis interiectis titulus sequitur περὶ Κίρκης. Nam ipsum alterum illud codicis **T** scholium (p. 101, 7 sqq.) docet, non de Circes virga sola fuisse quaesitum. Omnino autem — quo statim recurrendum est — quam male dialogorum tituli dispositi essent, cum alii vidissent, tum Duemmler p. 17 pluribus persecutus est.

clopum insula acciderunt, spectent, aeque ac solutionem ad ι 525 (cur tam imprudenter Neptunum Ulixes laeserit) allatam: Ἀντισθένης μέν φησι διὰ τὸ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἦν ἰατρὸς ὁ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων, ad unum e dialogis, quos de Polyphemo scripsisse Antisthenes videtur, referre malueris. Duo enim sub verbis indicis sine dubio corruptis Κύκλωψ ἢ περὶ Ὀδυσσέως περὶ οἴνου χρήσεως ἢ περὶ μέθης ἢ περὶ τοῦ Κύκλωπος mihi, ut Duemmlero, p. 17, latere videntur opuscula[1]); sed unum de ipsius Cyclopis natura et moribus, alterum de Ulixis cum eo agendi ratione, de vino ei oblato cet. egisse videtur. Quorum priori sine dubio ea debentur, quae ad ι 106 in cod. T de Cyclopibus praeter unum Polyphemum optime moratis nominatim Antistheni tribuuntur (p. 87, 3).

Sed nondum finibus satis certis circumscriptum est, quidnam praeterea in disputationibus illis de Cyclopibus institutis, quas inde a p. 86, 14 congessimus, aliqua cum veri specie Antistheni tribui possit. Neque enim, si Odysseae scholia ea qua digni sunt cura examinari potuissent, dubito quin Duemmler inter paucos eos locos, qui quanti Cynici auream aetatem fecissent docerent, quos in Academicis suis attulit (p. 242), ea quoque attulisset, quae p. 87, 5. 6 Antisthenis de probitate Cyclopum sententiae subiciuntur: διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν γῆν αὐτοῖς τὰ πάντα ἀναδιδόναι αὐτομάτως (eodem redit p. 87, 23)· καὶ τὸ μὴ ἐργάζεσθαι αὐτὴν δίκαιον ἔργον ἐστίν (ita enim recte sine dubio Preller verba corrupte tradita correxit). Neque cum Cynicorum doctrina non conveniunt ea quibus Cyclopes μὴ προνοουμένους ἀλλήλων non esse iniquos aut improbos efficitur (p. 88, 9 sqq.); qui enim propter nimiam iustitiam et quod a nemine laedantur non egere dicuntur auxilio ab altero alteri ferendo[2]), nonne exempla αὐταρκείας quam maxime sunt egregia? Idem Antisthenes cum ἀθεμίστους Cyclopas fuisse eodem fere modo quo Aristoteles (p. 87, 1 c. not., cf. infr. p. 185) interpretatus esse videatur, quanam ratione ὑπερφιάλους eosdem dici acceperit minus liquet.

Restat unum scholium, cui qui ad tot Odysseae locos Antisthenica esse servata consideraverit facile dialogorum eius Homericorum[3]) doctrinam

---

1) Duemmler l. c. alterum de Polyphemi intemperantia, alterum de eius impietate egisse existimat.

2) Haud scio an satius fuerit, p. 88, 13 ante verba ὅτι δὲ οὕτως ἔχει δῆλον κτλ. lacunam indicasse. Apparet enim, cogitatione certe post οὐδὲ ἐδέοντο τῆς ἀλλήλων προνοίας esse supplendum: *αὐτάρκεις μὲν γὰρ ἦσαν, οὐ μέντοι ὀλιγωροῦντες ἀλλήλων*· ὅτι δὲ οὕτως ἔχει δῆλον κτλ., ut hinc quoque probitas Cyclopum exsistat.

3) Verba enim Cynismum redolentia, velut schol. BT Ι 209: τὸν τῦφον ἡμῶν ἐκβάλλει ἑαυτῷ ὑπηρετούμενος (sim. BT Β 43) et BT Ψ 295: ὑπαινίττεται ὁ ποιητής, ὡς ὅτι περὶ τὰ παιδουργὰ μόρια μόνον διαφέρειν ὀφείλουσιν ἄρρεν τε καὶ θῆλυ, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ πρακτικὸν τοῦ βίου οὐδεμία αὐτοῖς διαφορά, ex Antisthenis dialogis derivata esse probari nequit; neque quae schol. vulg. (= M[a], f. 284[a]) ω 119 habet, Ulixem non propter ignaviam sed ὡς συνετὸν ἄνδρα in bellum proficisci noluisse, huc pertinere, sed πρὸς τοὺς νεωτέρους disputata esse, ex Eust. ω, p. 1956, 11 sqq. efficitur. — Quae denique

subesse concedet, ea dico, quae in quaestione de Argo cane dominum tot annis interiectis agnoscente leguntur (ρ 219, p. 123, 17): ὅτι παρὰ τοὺς ἀνθρώπους τὰ ἄλογα ζῶα μᾶλλον ἀντιλαμβάνεται. An, cum unum e dialogis illis περὶ τοῦ κυνός fuisse inscriptum constet (v. p. 176, 1), Cynici autem quantis laudibus canes tulerint non ignotum sit (cf. Weber, p. 110), inter alia, quae de eo loco proferre potuerit, ἀντιληπτικὴν illam canum δύναμιν Cynicum neglexisse existimas? Cui etiam τὸ ἄλκιμον eorum (ρ 315) eum adiunxisse[1]) spoponderim.

Haec omnia igitur qui mecum satis magna cum veri specie Antistheni tribui posse existimabit, ut certius quam adhuc fieri potuit de Homerica eius interpretatione iudicabit, ita rectissime — etsi non hanc unam ob rem (cf. Prolegg. Il. p. 386. 87; Weber p. 224) — Dionem Chrysostomum eius de Homeri praestantia sententiam ita reddidisse, ὅτι τὰ μὲν δόξῃ, τὰ δὲ ἀληθείᾳ εἴρηται τῷ ποιητῇ, concedet.

2 c.

Peripateticorum Quaestionum Homericarum solutiones, quae etiam in scholiis quibusdam[2]) Antisthenicis subiunguntur, post ea quae abhinc octo annos ego protuli (Prolegg. p. 414 sqq.) doctorum quorundam hominum curas expertae sunt, ut fieri non possit, quin hoc quoque loco quidnam iis quae tum statueramus addendum, quid detrahendum sit quaeramus.

Quam igitur non improbasse videtur A. Roemer (in disputatione statim afferenda, p. 285), ultra fines autem a me constitutos provexit Rob. Weber, Stud. Lips. XI (cf. infr. p. 191 sq.), sententiam de Aristotelis aliorumque Peripateticorum solutionibus uno Corpore comprehensis (Prolegg. p. 421 sqq.), eam etiam post P. Hageni, quaest. Dioneae, (diss.) Kil. 1887, p. 68, dubitationem amplector. Id unum vereor, ne

---

apud Porph. Δ 2 (p. 68, 24) leguntur de Ganymede (τὸ τοῖς μήδεσι γάνυσθαι), quamvis similia sint iis, quae apud Xenophontem, conv. 30, Antisthenis doctrinam reddere suspicatus est Duemmler, p. 30, cum ipsius Porphyrii de Iove sententia ita coaluerunt, ut cautela opus sit. Similiter de Porph. Β 478 (p. 46, 25 sqq.) cum Dio Chrys. II, p. 97 R. collato (cf. Weber, p. 231 sqq.) iudicandum est.

1) Cf. Sext. Emp., Pyrrh. Hyp. I, § 68: καὶ ἄλκιμον δὲ αὐτὸν (τὸν κύνα) ὁρῶμεν ἐν ταῖς ἀμύναις καὶ συνετόν, ὡς καὶ Ὅμηρος ἐμαρτύρησεν, ποιήσας τὸν Ὀδυσσέα πᾶσι μὲν τοῖς οἰκείοις ἀνθρώποις ἀγνῶτα ὄντα, ὑπὸ μόνου δὲ τοῦ Ἄργου ἐπιγνωσθέντα.

2) Nominatim η 258 et ι 525 Aristotelica et Antisthenica composita sunt; etiam ad ι 106 sqq. (p. 87, 1 sqq.) Aristotelis doctrinam cum alterius cohaerere infra (p. 185. 86) efficiemus. Peripateticorum et Antisthenis solutiones scholiis α 332 sqq. contineri propter ea, quae et p. 176 et p. 187 attulimus, veri simile esse concedetur. — Quae coniunctio utrum inde repetenda sit, quod in Peripato contra alterius philosophi Homerica studia disputatum sit (id quod olim, Prolegg. p. 423, statui), an Porphyrio debeatur non diiudico. Multis certe locis Antisthenica Porphyrius ita profert, ut Peripatetica iis non adhaereant.

verba quaedam quibus usus sum[1]) ita aut intellecta sint aut intellegi certe possint, quasi Corpus illud per longum temporis spatium novis deinceps inventis auctum fuisse existimaverim. Immo praeter ipsius Aristotelis scholas antiquissimorum[2]) tantum Peripateticorum et dubitationes[3]) et inventa, fructus igitur quodam modo disputationum Homericarum in Lyceo habitarum[4]), additis fortasse etiam quae unus alterve eorum litteris postea mandaverat (velut Π 140: Μεγακλείδης ἐν δευτέρῳ *περὶ* Ὁμήρου), continuisse arbitror. Hac una ratione me scholium α 332 Dicaearchum perstringens intellegere posse, infra exposui, eademque via Theophrasti doctrina μ 128 sqq. cum Aristotelis solutione coniuncta patuisse Porphyrio videtur; optime denique ad hanc sententiam quadrat, quod ex omnibus Aristotelis auditoribus, qui in his quaestionibus afferuntur, unus Heraclides (cf. Phil. XLIV, p. 243) ipse λύσεις Ὁμηρικὰς scripsisse perhibetur (Diog. L. V, 88): ἕτερον scilicet περίπατον καὶ διατριβὴν in Ponto constituerat (Philodem., cf. Phil. l. c.). Quo libro utrum ea quae Athenis cum Aristotele ante annum 339 disseruerat ipse persecutus, an — quo magis inclino (cf. not. 5) — suo Marte difficultates Homericas solvere aggressus sit, quae Peripateticorum disputationibus materiam praebuerint, non diiudico; tantum dico, solutiones eius ad Β 649, Γ 236, ν 119[5]) traditas — ex ea quae nunc accessit nova, λ 309, nihil efficitur — cum Aristotelis solutionibus ita cohaerere, ut aut hac ratione aut illa in Peripateticorum quaestionum Homericarum Corpus pervenisse existimandae sint.

Pluribus de rebus quibusdam agendum est, quas in egregia dissertatione *de locis Homericis ab Aristotele citatis Aristotelisque Homericis Quaestionibus* (Sitzungsber. d. bayr. Akad. d. Wiss., 1884, p. 264 sqq.) A. Roemer protulit. Nam ut alia, quae huc non pertinent, mittam, non solum de fragmentis quibusdam Aristotelis non satis certas ob causas ad Diffi-

---

1) *„Scholas magni magistri .... novis deinceps eorum qui post ea tempora eidem scholae addicti fuerunt interpretationibus vel per libros vel per scholas propagatis auctas esse."*

2) De Diocle enim Stratonis aequali quae p. 422 protuli tam incerta sunt (cf. Add. ad p. 257, 11), ut silentio premere debuerim. Neque constat, utrum verba quae p. 258, 10 sqq. edidi e quaestione an e Didymi Commentario petita sint.

3) Non necesse est statuatur — id quod olim (p. 418, 1) posui — in quaestione Ω 559 post ἔνστασιν Aristotelis eiusdem solutionem excidisse. De Dicaearchi et Heraclidis dubitationibus v. p. 187.

4) In hanc rationem mutata nescio an veri aliquid habeat Hageni sententia (p. 65), Dionis Chrys. LIII, p. 274 R. verba: Ἀριστοτέλης ...... ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι θαυμάζων αὐτὸν κτλ. ad ipsa ἀπορήματα Ὁμηρικὰ pertinere.

5) Hic quidem locus omnium facile gravissimus est; apparet enim, finita Heraclidis solutione, inde a p. 117, 15 alius cuiusdam de re Phaeacibus perperam vitio versa sequi iudicium, quod quam proxime ad Aristotelis (poet. 25, p. 1461 a 4 sqq.; cf. l. c.) praeceptum generatim datum accedere facile perspicitur. Haec autem scholii verba ita comparata sunt, ut libello ab Heraclide conscripto magis quam disputationi ab eo habitae respondeant. E dubitationibus de β 51 et 63 ab eo motis (cf. p. 187) utrumque effeceris.

cultates relatis et de finibus, quibus nonnulla inter ea essent circumscribenda, egit, sed etiam res quasdam explicatu difficiliores in iis occurrentes illustravit. E quibus quae pro consilio nostro necessaria esse videantur hic delibemus iisque alia quaedam quae cum iis cohaereant adiungamus. Roemerus igitur Aristotelis memoriam in scholio Ε 778 (Il. p. 86, 20) occurrentem non ἀπορήματα Ὁμηρικὰ spectare iudicavit (p. 288), qua in re me olim (Prolegg. p. 418, 1) paene habebat adsentientem. Sed nunc ut aliter statuam ea re commotus sum, quod cum scholio **Vd** ε 337 (p. 56, 1 sqq.), unde partem quandam eorum quae ad Ε 778 edideramus excerptam esse liquet, artissime sine dubio cohaeret schol. **T** ε 334 (p. 56, 12 sqq.: προσκείσθω[1]) δὲ καὶ τὸ ἣ πρὶν μὲν κτλ.), in hoc autem scholio statim ab initio Aristotelis occurrit interpretatio: cum iis igitur, quae p. 56, 6 leguntur: ἴθματα δὲ οὐκ ἔστιν ἴχνια, olim haec fere fuisse coniuncta existimato: ὡς ὁ Ἀριστοτέλης, ἀφανῆ γὰρ αὐτῶν (et columbarum scilicet et dearum) φησιν εἶναι τὰ ἴχνια, id quod ad eum locum significare debebam.[2])

Rectissime autem Roemer (p. 307), non esse cur boum Solis, quae ad μ 128 sqq. in scholiis affertur, explicatio (αἱ κατὰ σελήνην ἡμέραι τν' οὖσαι) Aristotelis esse negetur, contendit. Cum quo nunc quidem — aliter me olim in Prolegomenis Iliadis iudicasse iam ad scholium ipsum attuli — ita consentio, ut verbum φυσικῶς interpretationi illi adiectum, quippe quod Porticum redoleat, aliunde esse additum ponam. Ad rem autem quod attinet, in libello quodam ad Ἀπορήματα pertinente vel cum iis cohaerente — ita enim recte Heitz, d. verloren. Schrift. d. Arist., p. 53 —, quid tandem poetam commovisset ut Solis boves induceret (τί[3]) δή ποτε Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς Ἡλίου βοῦς), quaerentem Aristotelem consulto poetam ita egisse dierumque numerum ea in re ei obversatum esse perhibuisse, non multo sane ab eo discrepat, quod — quem locum

---

1) Cf. ipsum Porphyrium, Ζητ. κθ' (p. 131, 11): εἰς δὲ πίστιν τούτου παρακείσθω καὶ ταῦτα.

2) Cur Ζωικὰ ea quae ρ 291 sqq. (p. 124, 1) edidi non cum Val. Roseo (fr. Arist. 177) inter Ἀπορήματα Ὁμηρικά rettulerim, ad eum locum exposui. — Difficilior est quaestio de Aristotelis memoria ad Ζ 103 (p. 61, 1) servata. Ad Ἀπορήματα nemo rettulit, et recte quidem; sed revocant ad Hist. An. VI, 3, p. 579 β 6: in Europa leones intra Acheloum tantum et Nessum fluvios inveniri. Multo propius autem accedit locus Aelianeus (N. A. III, 27), optime poetam Latonam apris et cervis gaudentem induxisse, non leonibus (ἐπεὶ δὲ ἔρημα λεόντων τάδε τὰ ὄρη, καὶ μάλα γε εἰκότως οὐκ ἐμνήσθη αὐτῶν). Iam cum nihil eo ducat, ut Aelianus Solutionum Peripateticorum Corpore usus esse dicatur, sed opus quoddam collectaneum adhibuerit Ζωικά complexum ex Aristotelis et Theophrasti sive scholis sive libris deperditis compilata — quo e libro addito aut omisso Aristotelis nomine plurima afferre solet —, hunc quoque locum eius et rem a Porphyrio eo loco, de quo agimus, allatam indidem repetiverim. Nam eundem librum ipsi Porphyrio (certe cum librum de abstinentia tertium scriberet), ut videtur etiam Plutarcho, ad manus fuisse haud difficulter demonstrari posse existimo. Sed rem h. l. significasse satis sit.

3) Legitur hac quidem forma iam dudum coniectura constituta in Indice Hesychiano ap. V. Rose, Aristot. fr. (ed. Teubn.), p. 16, 142.

Roemer indicavit —, quoniam τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν τυγχάνει γυναικοκρατούμενα, haud inepte (οὐκ ἀλόγως) dicit τὸν μυθολογήσαντα πρῶτον συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην (Pol. II, 9, p. 1269 β 25 sqq.).

At hac una re satis facili perspectu libelli cuiusdam quamvis exigui ambitum explere non potuit Aristoteles. Neque ego crediderim, sed aliorum etiam Peripateticorum solutiones hoc quoque libello (cf. p. 180) comprehensas fuisse existimo. Optime autem accidit, quod quid Theophrastus de bubus illis statuerit satis certo constat; an casu factum esse existimas, quod in scholio a cod. **Vd** l. c. servato (p. 112, 4) Aristotelicis illis (v. ad l. 6) haec praemissa sint: ἀπόβλητον ἦν τοῖς ἀρχαίοις ἀρότην βοῦν κτείνειν κτλ., Theophrasti autem haec reddere doctrinam ex ipsius Porphyrii libro de abstinentia (II, 31[1]); cf. spr. ad p. 112, 4) exploratum sit? A Theophrasto igitur quaestio illa in Lyceo agitata ita soluta erat, ut diceret, docere voluisse deos (vel, quod eodem redit, poetam), quantus honor bubus agricolarum adiutoribus esset habendus quantisque poenis qui eos violassent essent digni. Quam ob rem eos Soli potissimum sacros esse voluerit, nos fugit (cave enim ne Byzantinorum hanc in rem ineptiis[2]) abutaris); neque magis, num quid praeterea ex eodem Peripateticorum libro petitum h. l. in scholiis adsit, investigari potest.[3])

Non minus bene rem egit Roemer finibus fragmentorum quorundam Ἀπορημάτων accuratius quam antea factum erat constituendis. In quaestionibus Β 649 et Γ 142 a nobis editis Aristotelica usque ad p. 49, 11 et p. 58, 12 patere (v. Roem. p. 287) mihi admodum persuasit; neque obstare crediderim, quod quae priore loco ita Aristoteli tribuitur v. ἑκατόν interpretatio apud Aristarchum recurrit (v. ad l. c.) et in quaestione Κ 252. 53 (p. 148 sqq.) ad Peripateti sodalem quendam (v. Prolegg. p. 421, 2) refertur. Contra in Eustathianis τ, p. 1873, 29, quorum de origine dubitare olim (l. c., p. 418, 1) non debebam, ultra progredi poterat vir doctissimus (p. 300); vix enim sibi persuadebit quispiam, in libro illo difficultates tantum in Lyceo motas, non etiam aut eorundem qui

1) Hic quidem locus e libro περὶ εὐσεβείας fluxit; similia etiam in Νόμοις eiusdem fuisse Duemmler, M. Rh. XLII, p. 196, coniecit.

2) Tzetz. alleg. α, v. 13 sqq.: βόες Ἡλίου τίνες δέ; οἱ ἀροτῆρες βόες, | οἱ ἐργαζόμενοι τὴν γῆν καὶ τρέφοντες ἀνθρώπους | καὶ βλέπειν παρεχόμενοι ζῶντας τὸ φῶς Ἡλίου | καὶ μὴ θανεῖν ἐκ τοῦ λιμοῦ καὶ κατελθεῖν εἰς Ἅιδου. Cf. quae ἐν Ἰλιάδι (an ad Κ 292?) repperisse se ἠλληγορημένα iactat Heraclitus qui fertur περὶ ἀπίστων, cap. 39.

3) Velut erravit Nitzsch, erkl. Anmerk. z. Od. III, p. 387, ea etiam, quae schol. **H** μ 129 (f. 74b) habet: τόσσα οἰῶν ⟨om. cod.⟩ πώεα καλά] οἶμαι λέγειν τὰς τοσαύτας νύκτας κτλ., ad Aristotelem referens; id quod neque reliquis scholiis neque Eustathii verbis neque titulo libri Aristotelici commendatur. Magis etiam ab Aristotelis et ab ipsius adeo Porphyrii ratione ea discrepant, quae et in schol. **B** (f. 112b) μ 353 et apud Eust., p. 1717, 37 (cf. etiam schol. **D** α 8, cum E Dindorfii fere congruens) leguntur, comites Ulixis propterea occidisse, quod aut diebus ad navigandum non aptis essent usi aut tempus per nequitiam trivissent.

eas proposuissent aut aliorum solutiones fuisse allatas. Quod si verum est, etiam solutionem apud Eustathium occurrentem (p. 127, 1 sqq.) haudquaquam ineptam illam Peripateticorum esse spoponderim; ipsius autem Aristotelis esse, quamvis dubitationi esse locum concedam, veri certe non esse dissimile existimo.

Certius de fragmento Aristotelico 178 (edit. Teubn.) scholii **Vd** (ψ 337) nunc demum a nobis ad η 258 plene editi ultra fines a Roemero (p. 293) ei assignatos producendo iudicare licet. Vel magis enim, quam verba quae post ea, quibus fragmentum apud V. Roseum clauditur, statim leguntur (p. 69, 5 sqq.): εἴη δ' ἂν καὶ τοῦ coφοῦ ἀθανacία οὐχ ἣν τοιαῦται δαίμονες χαρίcαιντ' ἄν, ἀλλὰ τοῦ Διὸc ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων, ἃ μὲν πέφυκεν ἀπαθανατίζειν, τοιαῦτα δ' ἂν εἴη ἀπὸ ἀρετῆc, ad Ethic. Nicomach. libri X cap. septimum accedunt[1]), etiam ea quae sequuntur (quae Roemero non innotuerant) Aristotelem produnt, ita tamen — id quod in Difficultatibus Homericis eius non est quod mireris — ut cum superioris aetatis eius doctrina quadam tenus Platonissante sint componenda. Quod enim apud Porphyrium (l. 9) legitur, Ulixem, si apud Calypsonem mansisset, καὶ τὴν τῆc ψυχῆc ἀθανacίαν καὶ τὴν πρὸc θεοὺc ἄνοδον amissurum fuisse, quam maxime ad ea accedit quae Eudemo dialogo philosophus docuit; cf. cum alia tum fr. 40 (edit. Tbn.): . . . ὃ δὴ καὶ Ἀριcτοτέληc ζηλώcac ἐν τῇ περὶ ψυχῆc πραγματείᾳ . . . οὔτε περὶ καθόδου ψυχῆc οὔτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευcεν, ἀλλ' ἐν τοῖc διαλόγοιc χωρὶc ἐπραγματεύcατο περὶ αὐτῶν, et fr. 41: λέγει δὲ καὶ ὁ δαιμόνιοc Ἀριcτοτέληc αἰτίαν, δι' ἣν ἐκεῖθεν μὲν ἰοῦcα ἡ ψυχὴ δεῦρο ἐπιλανθάνεται τῶν ἐκεῖ θεαμάτων, ἐντεῦθεν δὲ ἐξιοῦcα μέμνηται ἐκεῖ τῶν ἐνταῦθα παθημάτων, maxime autem fr. 37 (Cic. Div. I, 25, 53): *ut cum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.* Hoc igitur de quo agimus loco adhibito apparet, statuisse tum Aristotelem, virtute solum praeditos, cum hac vita functi essent, ad ipsos deos duci (πρὸc θεοὺc ἄνοδοc), Ulixem igitur, si neglecta virtute immortalitatem a Calypsone praebitam praetulisset, vitam apud deos degendam, finem immortalitatis (τὸ τέλοc τῆc ἀθανacίαc[2]), si modo recte l. 13 ita conieci) fuisse amissurum.

Omnia igitur usque ad extrema gravissimi scholii verba miserum, quod maxime dolendum, fatum experta ad Aristotelem referenda sunt, cui etiam ratiocinandi illum modum, ὅτι διὰ τῶν ἐναντίων οὐκ ἄν τιc ἐνδύοιτο τὰ ἐναντία (l. 10), quam maxime convenire omnes semel moniti concedent[3]); ita ut non necessarium sit ad Neo-Platonicorum de animae

---

1) p. 1177 β 31 sqq.: οὐ χρὴ δὲ κατὰ τοὺc παραινοῦνταc ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅcον ἐνδέχεται ἀθανατίζειν καὶ πάντα ποιεῖν πρὸc τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιcτον τῶν ἐν αὐτῷ (locum Roemer indicavit). — Ceterum verbi ἀπαθανατίζειν notio prorsus eadem est atque v. ἀθανατίζειν apud Theophrast., phys. fr. 12 (Doxogr. p. 490, 21).

2) Non dubito quin extremo scholio **Vd** . . . ἔτυχεν, ἀλλ' οὐ (non ἀλλὰ) τοῦ τέλουc supplere debuerim.

3) Neque ἐπίκηρον illud (l. 13) non est Peripateticorum, cf. Arist., gen.

ad deum ascensu (cf. Plotin. cum V, 9, 1. 2; V, 1, 3 tum I, 6, 8) placita confugere.

Et haec quidem de finibus, quibus Aristotelica quaedam sint circumscribenda.[1]) Priusquam autem eo transeamus, ut num quae forte quaestiones adhuc neglectae Aristoteli eiusve asseclis tribui possint quaeramus, de una solutione auctoris nomine insigni, qua in constituenda peculiari quadam ratione progressi sumus, paucis agendum est.

Tradunt scholia ε 334 (HTVd; p. 56. 57) Aristotelem pro eo, quod in codicibus tum quoque circumferebatur, αὐδήεccα legi iussisse Ἰνὼ οὐδήεccα (ita enim pro codicum lectione corrupta αὐδήεccα scribendum esse iam dudum constat). Iam cum Roemer optime negaverit, fieri potuisse ut Circen et Calypsonem αὐληέccαc, Inonem οὐδήεccαν esse voluerit philosophus — sequitur enim: τοῦτο γὰρ πάcαιc ὑπῆρχεν αὐταῖc καὶ μόναιc· πᾶcαι γὰρ αὗται ἐπὶ γῆc ᾤκουν (p. 57, 5) —, tamen non mihi persuasit, verba inde a l. 4 ita esse constituenda, ut ἐπὶ δὲ τῆc Ἰνοῦc αὐλήεccα *οὐχ ἁρμόττει· διὸ οὐδήεσσα ἐν πάσαις·* τοῦτο γὰρ πάcαιc ὑπῆρχεν αὐταῖc κτλ. scribatur. Rem enim, quam recte Roemer perspexit, eandem etiam verba qualia codices exhibent significare existimo, primo nimirum de Calypsone et Circe disputantem Aristotelem αὐλήεccα esse scribendum coniecisse, deinde, ubi in Inonis condicione diversa haesisset, omnibus locis οὐδήεccα restituere maluisse; quae verborum sententia ut clarius appareat si quis ἐπὶ δὲ τῆc Ἰνοῦc *γενόμενος* οὐδήεccα corrigere malit, etiamsi necessariam esse hanc mutationem negaverim, non magnopere refragabor.

At nemo adhuc explicavit, αὐλήεccα illud, si quidem ab αὐλή derivandum eam significet quae in aula habitet, cur non de Inone Cadmi filia dum inter homines versaretur (βροτὸc αὐλήεccα) dici potuerit, neque magis, quanam ratione Circe et Calypso quia solitariae essent (μονώδειc[2]), HVd; p. 57, 4) αὐλήεccαι vocari potuerint. Neque ego haec expedivi, ita ut dubitatio oboreretur, an in eo, quod cod. **P** (μονῳδειc) vel eo quod **T** (μονώδη) l. c. habent, verum lateret. Itaque cum alterum illud ad verborum μονῳδόc, μονῳδία accedat similitudinem, et Circen autem et Calypsonem cantu solitario delectentur (ε 61, κ 221), μονῳδίαc autem magis placere, si tibiarum cantus ad eas accedat in Problemasin Aristotelicis doceatur (v. ad p. 57, 4[3])), αὐλήεccα non ab αὐλή sed ab αὐλόc Aristoteli derivandum visum fuisse mihi persuasi, neque, quamvis

---

an. III, 2, p. 753 α 7, Theophr. h. pl. VI, 7, 3; VII, 5, 1; caus. pl. I, 20, 3; III, 22, 2; IV, 14, 4.

1) Haud scio an non supervacaneum sit monere, in scholio Γ 277 ad μ 374. 75 edito ea quae p. 114, 1 leguntur eam unam ob causam ab iis quae antecedunt esse dirempta, quo verbis scholii e regione positi melius respondeant: φηcὶ illud (p. 114, 1) aeque atque V. Rose ad Aristotelem referimus.

2) Recte Dindorfius ad p. 279, 3: *„Usitatum est μονήρεις."* Ipsi Buttmanno vox aliunde non erat nota.

3) Adde e Probl. XIX, 43 (p. 922 α 9): ἡ μὲν οὖν ᾠδὴ καὶ ὁ αὐλὸc μίγνυνται αὐτοῖc δι' ὁμοιότητα.

a codicis P vestigiis nonnihil recederem, μονῳδοὶ ἦcαν in textum recipere dubitavi.[1]) Pugnat certe pro hac coniectura quod ita, cur Inonem βροτὸν αὐλήεccαν vocare noluerit Aristoteles, facile perspicitur — neque enim quicquam de cantu eius apud Homerum —; derivari autem ab αὐλόc potuisse αὐλήεccα eoque sensu ut sit *tibiarum amans* accipi facile concedet, qui et qualia veterum fuerint veriloquia et οὐδήεccαν *in terra habitantem* significare voluisse Aristotelem meminerit. Neque neglegendum est, eum coniecturam, in quam incidisset, ipsum postea dereliquisse.

Ceterum cum in uberiore quadam quaestione, unde scholium de quo adhuc egimus excerptum esse dicas, etiam Aristophanis Byzantii de v. αὐδήεccα sententiam allatam fuisse verba μήποτε δὲ τὸ αὐδήεccα οὐ τὸ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ μόνον χρῆcθαι δηλοῖ (p. 57, 7; cf. not. ad l. 5—10) doceant, etiam alterum schol. ε 334 (p. 58, 8 sqq.), in quo item Aristophanis et Aristotelis huius verbi interpretationes, et Aristotelis quidem eodem quo p. 57, 5 vitio (αὐδήεccα) laborans, adiecta Chamaeleontis mentione, occurrant, ad eundem Porphyrium referre non dubitavi.[2]) Quae autem p. 57, 11 sqq. edidimus cum ab eadem v. αὐδήεccα explicandi ratione, quam Porphyrium amplexum esse dixerim, proficiscantur, tum addunt quaedam, quae ad Τ 407 in exteriore cod. Veneti **B** margine, quem scholiis Porphyrianis refertum esse constat, leguntur; ita ut haec quoque, quamquam quaerendi forma non utuntur, nostro iure eodem contulerimus.

Quod si a solutionibus in scholiis Porphyrianis nominatim ad Aristotelem relatis ad eas nos convertimus, quae alias ob causas vel ad ipsum summum philosophum vel ad discipulos eius referendae sint, primo loco se offerunt ea quae in cod. **T** ad ι 106 (edit. p. 86, 14 sqq.) de Cyclopibus non in malam partem ὑπερφιάλοιc ἀθεμίcτοιc audientibus iis quae Antisthenes de hac quaestione protulit praemittuntur. In quibus quae de v. ἀθέμιcτοι afferuntur, eos scriptis legibus non fuisse usos, sed unum quemque in suos exercuisse imperium, non possunt non memoriam revocare cum eorum, quae in Ethicis Nicomacheis leguntur (X, 10, p. 1180 α 27): καὶ ζῇ ἕκαcτοc ὡc βούλεται, κυκλωπικῶc θεμιcτεύων παίδων ἠδ' ἀλόχου, tum loci Politicorum de origine civitatum agentis (I, 2, p. 1252 β 20): πᾶcα γὰρ οἰκία βαcιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεcβυτάτου . . . . . καὶ τοῦτ' ἔcτιν ὃ λέγει Ὅμηροc θεμιcτεύει δὲ ἕκαcτοc παίδων ἠδ' ἀλόχων· cποράδεc γάρ· καὶ οὕτω τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Quam ad similitudinem nescio an id quoque accedat, quod aeque atque Ethicorum illo loco in scholio **T** (p. 87, 2) ex Homero verba θεμιcτεύει δὲ ἕκαcτοc παίδων ἠδ' ἀλόχου (non ἀλόχων), qua forma nusquam praeterea versus ille citatur, afferuntur. Quamvis enim non nesciam, Roemerum (p. 277) recte demonstrasse, Aristotelem pro consilio suo dicere debuisse ἠδ' ἀλόχου, tamen consensum illum satis pro-

1) Cum codice **T** μονώδη ἦcαν ⟨= ἦcαν codicis⟩ legerem, si μονώδηc pro μονοειδήc dici posse constaret neque ἦδον requireretur.

2) Dubitanter scholium Didymo tribuit Ludwich, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 556, 13.

fecto mirum si scholia transcribentis errori vel correcturae[1]) tribuerem, inconsiderate agerem; ex ipso autem Ethicorum loco initium scholii esse conflatum nemo scholiorum Homericorum rationis gnarus concedet. Eo igitur inclinaverim, ut Aristotelis temporibus versus ι 115 lectionem parum constitisse, eumque e memoria non de scripto verba afferentem modo hanc modo illam formam attulisse existimem.[2]) Sed nescio an futuri sint qui in quaestione de origine solutionis diiudicanda plus ei rei tribuant, quod de aliis etiam rebus Polyphemum spectantibus Aristotelem egisse scholia nominatim testantur (p. 84, 13; 95, 3).

Accedit autem argumentum haudquaquam spernendum; bene enim Duemmler, Antisth. p. 21, qui etiam in Ethicorum et Politicorum locos digitum intendit, monuit, quae in eodem scholio de v. ὑπερφίαλοι legantur (p. 86, 16: διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ σώματος), cum iis congruere quae, et ab ipso quidem Porphyrio, Ψ 269, p. 262, 6, in quaestione de alia quadam difficultate instituta nominatim ad Aristotelem referantur: τὸ ὑπερφίαλον τὸ πολὺ σημαίνει καὶ ἄμετρον.

Non solum igitur scholium secundo loco a nobis positum (p. 87, 11—23)[3]), quod alteram recensionem eorum, de quibus modo egimus, esse apparet, item Aristotelica (fortasse etiam Antisthenica, cf. l. 16 c. l. 3) continere persuasum habeo, sed etiam de quarto scholio (p. 88, 9 sqq.) eodem modo esse iudicandum existimo. Quae enim initio eius leguntur ex Antisthenis dialogis petita esse videntur (v. p. 178); ea autem quae (p. 88, 14 sqq.) quidam (τινὲς δὲ) de verbis οὐκ ἀλλήλων

---

1) Si modo ἠδ' ἀλόχου Aristotelis est, in reliquis scholiis eodem a nobis congestis verbum propter omnium codicum textum Homericum in ἀλόχων mutatum esse multo facilius intellegitur, quam ex ἀλόχων antiquitus tradito contra codices illos ἀλόχου esse factum.

2) Roemer l. c., Aristotelem in Ethicis ἀλόχων consulto in ἀλόχου mutasse existimat; ego eam lectionem, quae loco magis conveniret, eum praetulisse censeo.

3) Non recte Carnuth, Ariston. περὶ σημ. Ὀδ. p. 88, hoc scholium, verbis quidem nonnihil mutatis, ex Aristonici libro petitum esse existimavit. — Aristarchi de h. l. sententia ex Apollonii lex. v. ἀθεμίστων (p. 12, 22 sqq.: ὁ γοῦν Ἡλιόδωρος Ἀρισταρχείως μεταφράζων φησί· καθὸ οὐ κοινοῖς χρῶνται νόμοις κτλ.) et v. ὑπερφίαλοι petenda est. Quam eandem fere esse atque Aristotelis et Antisthenis — nisi quod Aristoteles ὑπερφίαλοι de corporibus accepit, Aristarchus οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες interpretatus est (Apoll. p. 158, 30) — non est quod mireris. Constat enim et diplas Aristarchum posuisse πρὸς τὸ ζητούμενον (v. locos Prolegg. Il. p. 427, 1 allatos, quibus adde Ι 347) et de Β 649 (v. p. 88) et Χ 202 (v. ad p. 257, 11. 12) Peripateticorum solutiones amplexum esse. Apud Apollonium autem quod legimus (p. 12, 29): καὶ ἔστιν ὅλος ὁ τόπος οὗτος τῶν προβλημάτων idem est ac si locis compluribus de Cyclopibus agentibus diplas πρὸς τὸ ζητούμενον posuisse grammaticus diceretur. Ad explicandas autem illas difficultates Aristotelis inventis, dummodo probaret, uti debebat. — Ceterum in scholio quod tertio loco posui (p. 87, 24 sqq.) nunc nescio an dubitandi signo uti debuerim. Magis enim reliquis ad Aristarchi v. ὑπερφίαλοι interpretationem accedit, cum καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ κρείττονος τάττεσθαι dicat.

ἀλέγουσιν dixisse feruntur: οὐ φροντίζουσιν ἀλλήλων ὅσον ἕνεκεν ὑποταγῆς eadem fere reddunt quae supra e Politicis Aristotelis attulimus. Atqui primo scholio (p. 86, 14 sqq.) Antisthenis et Aristotelis solutiones coniunctas deprehendimus; nonne igitur hoc quoque loco idem statuendum est?

Iam ad Aristotelis sectatores ut transeamus, Heraclides quatenus iis annumerari possit, nunc quidem (p. 180) finibus accuratioribus quam olim, ubi hac de re agere neglexi, circumscripsi, neque quae de Diocle Peripatetico in scholio Χ 208 allato protulissem nimis esse incerta dissimulavi. Ibidem et p. 182 de Theophrasti solutione ad μ 128 sqq. servata egi; de Chamaeleonte ipsius Aristotelis[1]), non — quae Ern. Koepkei, de Chamael. Heracleot. vita librorumque reliquiis, p. 3 sqq., erat sententia — Theophrasti discipulo, iis quae in Prolegomenis p. 422 et in Phil. XLIV, p. 245 sqq. attuli non habeo quod addam; ad Megaclidem autem quod attinet (cf. Prol. p. 414 et infra p. 193), inane verborum esset certamen, si persequerer, res Hectoris libro Χ narratas πλάσματα εἶναι (p. 256, 12; 258, 8) utrum similiter atque Aristoteles (cf. Prolegg. l. c. et p. 426) poetae defendendi, an impugnandi causa, ut P. Hagen voluit (quaest. Dion. p. 51. 52, cf. p. 54)[2]), perhibuerit: exiguo enim fine altera cum altera sententia coniuncta est, atque non solum λυτικοῦ, sed etiam ἐνστατικοῦ vices sustinuisse Megaclidem etiam aliunde constat.

At restat Dicaearchus, quem non recte Penelopen insimulasse, quod parum verecunde in conspectum procorum potantium venisset, longo scholio in codd. HD ad α 332 sqq. servato docemur. Eius h. l. aeque atque ad β 51 et β 63 Heraclidis (cf. p. 180, 5) ἔνστασις tantum affertur; quam ad similitudinem accedit quod non solum quae contra poetam ab utroque prolata erant eodem modo afferuntur: αἰτιᾶται ὁ Ἡρακλείδης καὶ τὸ τῆς Τηλεμάχου δημηγορίας ἀνοικονόμητον (p. 27, 4) et αἰτιᾶται ἐκ τῶν ἐπῶν τούτων Δικαίαρχος τὴν παρ' Ὁμήρῳ Πηνελόπην, sed etiam solutiones criminationum eorum ab iisdem verbis incipiunt: ἀγνοεῖ δὲ ὁ κατήγορος τὴν δύναμιν τῆς δημηγορίας (p. 27, 14) et φαμὲν οὖν ὅτι τὸ καθ' Ὅμηρον ἔθος ἀγνοεῖν ἔοικεν ὁ Δικαίαρχος (p. 19, 10). Iam cum quae pro poeta contra Heraclidem proferuntur veri simile sit e Peripateticorum disputationibus fluxisse, de iis quae Dicaearcho opponantur eodem modo iudicandum esse facile quis statuerit. Cui suspitioni egregie favet quod ad ἔθος Ὁμηρικόν, quod ignorare videatur Dicaearchus, recurritur, ipse Aristoteles autem difficultatem eam, quam versus Ω 15. 16 praebere videbantur, solvit εἰς τὰ ὑπάρχοντα ἀνάγων

1) Cf. quae in Phil. l. c. disputavimus.

2) Haudquaquam spernendam orationis Dioneae XI cum Herodoti, Platonis, Aristotelis, aliorum scriptorum et scholiorum Homericorum (de his quidem verius Rob. Weber, Stud. Lips. XI, p. 163) locis comparationem Hagen (p. 42 sqq.) instituit. Sed rem qui ita aggredietur, ut investiget solutiones cum Dionis oratione collatae quorumnam poetae obtrectatorum criminationibus respondeant, melius aget certioraque efficiet.

ἔθη (cf. poet. 25, p. 1461 a 1 sqq.). Neque minus eodem ducit quod (p. 19, 21 sqq.) antiquis temporibus ipsis principibus non illiberale visum fuisse affertur opera suscipere quae postea servis mandata essent, velut Nausicaam non dedecuisse ipsam vestimenta ire lavatum; ad haec enim quam proxime accedunt, quae Dioscurides qui fertur (cf. p. 189) habet, quem Peripateticis plurima debere constat: ἁπλῆν ἀποδέδωκε τὴν δίαιταν (Ὅμηρος) πᾶσι καὶ τὴν αὐτὴν ὁμοίως βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, νέοις, πρεσβύταις κτλ. (Ath. I, p. 8 F; cf. Rob. Weber, Stud. Lips. XI, p. 89)[1]. Non indignum denique est quod afferatur, verba, quae p. 20, 6 leguntur, τὰ γὰρ τῆς ἐπιβουλῆς οὐχ ἡ κλῖμαξ ἡ ἄχρι τοῦ ὑπερῴου διεῖργεν, ἀλλ' ἕκαστος τῶν μνηστήρων ...... ἐκώλυε Aristotelicum nescio quid sonare.

Quod si has ob causas ea quae contra Dicaearchum afferuntur e Peripateticorum studiis repetimus, cavendum est ne — id quod non cavit H. Amoneit, de Plutarchi studiis Homericis, (diss.) Regimont. 1887, p. 16 — propter Plutarchi locum (non posse suavit. viv. sec. Epic. c. 12), de quo recte iudicavit C. Müller in FHG II, p. 246, προβλημάτων Ὁμηρικῶν eum fuisse auctorem perhibeamus. At mirum est auctorem βίου τῆς Ἑλλάδος, libri cum ab aliis tum ab ipso Porphyrio (abst. IV, 2) celebrati, ἀγνοεῖν insimulari τὸ καθ' Ὅμηρον ἔθος. Ita enim quin recte codicum lectionem τὸ καθόλου ἔθος vel ἔθνος emendaverit Polak (v. ad p. 19, 10) non dubitabunt qui v. Ὅμηρον per compendium scribendi rationis meminerint. Responderit aliquis, Dicaearchum a Themistio, soph. p. 285 B, in τῶν ἐπιθεμένων Ἀριστοτέλει numero afferri, ut mirum non sit, eum asseclis eius secus ac meruerit vapulare. Sed recte hac in re sophistae fidem denegavit Zeller, phil. Graec. II, 2, p. 718, 3, ita ut vix altera rei explicandae relinquatur ratio, nisi ut, priusquam opus illud palmarium scriberet, iuvenem Dicaearchum in Peripato cum aliis sodalibus Homericis studiis vacantem, sive libello aliquo cum iis communicato sive sermonibus habitis, de loco illo Homerico dubitationem movisse, huic autem quae opposita essent similiter atque aliorum et ἐνστάσεις et λύσεις in Quaestionum Corpore locum invenisse statuamus. Si altera huius scholii parte (p. 21, 11 sqq.) Antisthenica contineri recte posuimus (p. 176), vix casui cuidam tribueris quod hoc quoque loco (v. p. 179) Peripatetica cum iis coniuncta sunt.

Iam ut ad quaestiones transeamus, quae, quamquam Peripateticorum nomina in iis non occurrunt, iisdem tribuenda sint, iis, quas in Prolegomenis Iliadis p. 425 sq. propter Plutarchi auctoritatem e Quaestionum eo Corpore repetivimus, nunc intelleximus addenda esse schol. θ 267 sqq. (cf. ad p. 74, 20 sqq.) et ν 215. 16 (VdH; cf. ad p. 118, 9); neque mihi persuadeo, cum quaestione ζ 244 (de qua cf. ad p. 63, 4) eam ipsam ob causam Peripateticis vindicanda non cohaesisse olim ea, quae nunc ad η 311

---

1) Eiusdem indolis est solutio γ 411 de quaestione (de qua cf. ad p. 39, 17 et infra p. 189, 1) διὰ τί ὁ Νέστωρ βασιλεὺς ὢν τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἐπιτέλλει τὰ τῶν δούλων; prolata. Ubi item ad Nausicaam recurritur: ἀλλαχοῦ δὲ καὶ θυγατέρες τῶν τοιούτων βασιλέων μετὰ οἰκείων χειρῶν ἔπλυναν τὰ ἱμάτια.

leguntur de Alcinoo Ulixem filiam suam in matrimonium ducturum esse sperante, praesertim cum hic quoque ad τὸ παλαιὸν ἔθος et similia recurratur (p. 70, 20. 22; 71, 10).

Sed ultra progrediendum est; nam ea quoque, quae e Dioscuridis Isocratei copiis petivisse Porphyrium olim significavi[1]), Peripateticis deberi nunc cum Rob. Webero (de Dioscuridis περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ νόμων libello, Stud. Lips. XI, 1888) statuo. Et de ipso Dioscuride ea, quae, postquam ego longo post tempore doctorum hominum animos denuo in eum converti, ab Hillero (Mus. Rh. XL, p. 204 sqq.), Kaibelio (Herm. XXII, p. 323 sqq.), Augusto Brunkio (de excerptis περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου ab Athenaeo servatis, diss. Gryph. 1887) prolata sunt, hic singillatim referre aut quatenus iis accedendum sit post Weberi doctam dissertationem (p. 121 sq.) repetere nolo. Cum tantum autem effectum esse concedendum sit, libellum illum non posse esse Isocratis discipuli — quo in errore ipse versatus eram —, sed vestigia prodere certissima aetatis Aristarcho inferioris, difficultatem inde ortam, quod in ipsa disputatione Dioscuridea apud Ath. p. 11 A (p. 106, 8 W.) verba οὕτω δὲ καὶ τὰ ἔπη ταῦτα προηνέγκατο Διοσκουρίδης ὁ Ἰσοκράτους μαθητής occurrunt, cum Webero (p. 122) Wachsmuthium secuto ita interpretari, ut *Dioscuridem quendam* . . . . . *alterum cognominem laudare Isocrateum* statuam, nunc tamen (cf. infr.) vereor; violentius enim videtur esse, ita ut nesciam an cum Brunkio (p. 31) et Kaibelio (p. 333) ponere praestet, nomen illud a Suida (II, 1, p. 1089 b 4 Bhd.), cui uni initium libelli debet, ex Athenaei loco modo allato titulo additum esse; quamquam sic quoque difficultates restare Kaibelium non fugit.

Sed hoc non multum refert, neque ego in hac editione, dum iudicium fluctuat[2]), neque in his Epilegomenis — hic quidem brevitatis studio quam maxime commotus — Dioscuridis nomine uti dubitavi. Longe gravius est, non ipso Dioscuride, sed uno e fontibus ab hoc adhibitis, Peripatetico sine dubio, usum esse Porphyrium.

Ac Dioscurideis quidem eum non usum esse cum iis quae Weber p. 151 attulit tum ea re commotus concedo, quod quae ad similitudinem eorum accedunt multo longius ab iis distant quam quae Plutarchus, quem in Convivalibus Quaestionibus iis usum esse constat[3]), inde ex-

---

1) Ad γ 411 antiquam sententiam meam corrigere neglexi.

2) Certius tamen quam debebam Dioscuridem auctorem libelli esse ad p. 82, 1 sqq. pronuntiavi.

3) De fontibus Plutarcho cum Porphyrio communibus sic statuendum est — id quod post ea quae Rob. Weber p. 146 sqq. attulit monere non supervacaneum est —, ad librum de audiendis poetis Corpore Peripateticorum eum usum esse (cf. Prolegg. p. 425 sq.) neque adesse vestigia quae ad Dioscuridem ducant; neque enim recte egit Weber (p. 163), cum quae eius libri capite 10 (p. 29 DE) leguntur ex eo repetivit. Contra in Convivalibus Quaestionibus (quarum de origine, ut h. l. obiter afferam, toto caelo Ernestium Graf, in commentat. philol. ad honorem O. Ribbeckii, p. 57 sqq., erravisse, idem Weber p. 170 persecutus est) Dioscuride eum usum esse cum alii loci tum is, quem in Prolegg. p. 375 attuli (VIII, 6, 4): εἰ δεῖ τοῖς τὸν ἀρχαῖον βίον διαμνημονεύουσι

piscatus est. Accedit quod neque quaestio ad δ 52 plenius quam ad Α 449 tradita, quamquam in eadem re versatur, quam ex Aristarcho sine dubio Dioscurides ap. Ath. V, p. 193 B (p. 111, 6 W.) habet, ulla cum eo coniunctione tenetur. Negat Porphyrius (p. 44, 2. 3) poetam αἰρομένας ποιῆσαι τὰς τραπέζας οὐδὲ τὰ λείψανα τὰ ἐκ τοῦ συμποσίου συναγόμενα (quo tempore id factum sit aut non curavit aut non addidit), accuratius Dioscurides ap. Ath. V, p. 193 B (p. 111, 6 W.): ἀπαλλαγέντων δὲ τῶν δειπνούντων αἱ τράπεζαι ἐβαστάζοντο, ὥσπερ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι (τ 61) καὶ τοῖς Φαίαξιν, ἐφ' ὧν καὶ λέγει ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός (η 332), δῆλον ὡς τὰ ἀγγεῖα.[1]) Contraria igitur haec prorsus inter se, ita ut neque ab Aristarcheis, unde Dioscuridem, sua h. l. Porphyrium mutuatum esse (ut Webero p. 165, 1 placuit) existimem.

Et Porphyrii quidem qualis h. l. fons fuerit clarissima in luce ponunt ea, quae extrema in quaestione eius leguntur: οὐχ ἧττον ὧν κατορθοῖ ἐν οἷς λέγει σοφὸς εὑρίσκεται (ὁ ποιητὴς) ἢ ἐν οἷς ἀποσιωπᾷ καὶ οὐ λέγει, Lyceum enim quam maxime redolent, ut, si in περὶ ποιητικῆς cap. 24 cum verbis p. 1460 a 5: Ὅμηρος δὲ ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν, coniuncta legerentur, nemo profecto miraretur. Quod si Porphyrius hanc quaestionem ex eodem Corpore unde id genus alias petivit, eundem fontem etiam Dioscuridi patuisse alii loci docent.

Postquam enim libellum et sententiarum et sermonis indole ad Peripatum potissimum accedere optime perspexit Kaibel, Herm. XXII, p. 326, quaestionis de Achillis illo ζωρότερον δὲ κέραιρε (Ι 203) iam ab Aristotele agitatae (poet. cap. 25) in verbis Dioscuridis satis decurtatis suoque ut videtur loco motis (Ath. I, p. 10 C = p. 102, 17 W.): καὶ κράσεων δὲ γένη διάφορα ἐπίσταται· οὐκ ἂν γὰρ Ἀχιλλεὺς τὸ ζωρότερον κεραίρειν διέστειλε, μὴ οὔσης τινὸς καθημερινῆς κράσεως, vestigia apparere recte Weber (p. 149. 50) animadvertit; quae vestigia clarius etiam apparent, si Plutarchi Quaest. Conv. V, 4 verba ut e Dioscuridis opere integro petita (cf. p. 189, 3) adhibere licet. De loco autem Ι 203 in Peripateticorum Quaestionum Corpore quaesitum fuisse e scholio Por-

---

πιστεύειν, docent. Hoc autem in opere num praeterea etiam Corpore illo Plutarchus usus sit — id quod olim, Prolegg. p. 373, suspicatus sum Weberque, p. 171, amplexus est —, nunc mihi non constat; praeter unum enim eum locum (V, 4), quem nunc propter ea ipsa, quae Weber, p. 150, attulit, e Dioscuride tum nondum decurtato, cui res aliunde, velut e Theophrasti περὶ μέθης, petitas ipse Plutarchus adiunxerit, repetiverim, nibil quod huic sententiae faveat afferri potest.

1) His verbis, si modo sunt Dioscuridis (Aristarchi sine dubio sunt, v. Weber, p. 129), adiectis non negatur certe (id quod Porphyrius l. c. negavit), etiam reliquias ciborum per ancillas amoveri facere poetam; neque enim neglegere potuit Aristarchus in ipso illo, ad quem recurrit, versu τ 61 etiam verba αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ᾕρεον legi. Cf. etiam cum athetesi a Dioscur. ap. Ath. V, p. 193 B allata (de qua vid. Ludwich, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 511, 23 sqq.) eund. ibid. I, p. 13 A (= p. 110, 23 sqq. et p. 113, 20 sqq. Web.).

phyriano eo loco servato constat; facile igitur Webero a Dioscuride quoque eundem fontem fuisse usurpatum statuenti (p. 146. 50) assentior, praesertim cum etiam disputationem de Agamemnonis οἰνοφλυγίᾳ institutam, cuius quamvis exiles reliquias eodem Dioscuridis loco apparere Webero (l. c.) concedo, in eodem Peripateticorum libro fuisse veri simile sit (v. Prolegg. p. 426). Bene tamen factum est, quod duo scholiorum loci, quibus haec sententia fulciatur, accedunt. E quibus γ 411 et doctrinae Dioscuridis respondere et cum quaestione propter Dicaearchi memoriam ad Peripatum referenda congruere supra apparuit (p. 188, 1). Rem autem conficit, quod duarum rerum, quae ad θ 267 sqq. Demodoci impii cantus excusandi causa a Porphyrio afferuntur, altera (= p. 75, 1 sqq.) apud Plutarchum (aud. poet. 4, p. 20 A: διὸ καὶ τὸν Ὀδυccέα τῷ κιθαρῳδῷ προcτάττοντα πεποίηκεν· ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι κτλ.), altera (= p. 74, 20 — 75, 1) apud Dioscuridem (Ath. I, p. 14 C = p. 116, 13 sqq. W.: οὐ διὰ τὸ ἀποδέχεcθαι τὸ τοιοῦτον πάθοc, ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺc παρανόμων ἔργων, εἰδὼc[1]) ἐν τρυφερῷ τινι βίῳ τεθραμμένουc) recurrit; una autem propter consensum cum Plutarchi de audiendis poetis libello, de quo supra totiens egimus, summa veri cum specie ad Peripateticas Quaestiones referenda est, ita ut alteram quoque solutionem indidem repetere non verear[2]); accedit quod hac quaestione contra Platonis et Zoili criminationes disputatur (cf. Prolegg. p. 426).

Quae cum ita sint, propter Porphyrii cum Dioscuride consensum ex Odysseae scholiis praeter ea, de quibus modo egimus, etiam ζ 221 et θ 78 recte a Webero ex eodem fonte derivata esse existimo. Ad Iliadem quod attinet, quaestiones Ζ 265 et Λ 624[3]), quae olim e Dioscuridis libro repetivi, nunc cum Webero (p. 149 sqq.) e Peripateticorum thesauro derivandas esse[4]) existimo.

Sed in his subsistendum est; vereor enim ne et operis Dioscuridei fines et Peripateticorum libri collectanei ambitum nimis Weber amplificaverit. Quod ne ego quoque commisisse existimer, et quatenus cum eo faciam diligenter significavi et, quantum huius libri consilium patitur,

---

1) Propter scholii Porphyriani verba (p. 74, 20) δι' ὧν ἥδονται cωφρονίζων αὐτούc ego ἢ ante εἰδὼc a Wilamowitzio insertum omiserim.

2) In annotatione ad θ 267 aut non afferre debebam Weberum aut pluribus de Dioscuride agere. Eo enim loco, quem e Weberi commentatione (p. 180. 81) ibi attuli, de Ath. XII, p. 511 A sqq. agitur, ubi Dioscuridea adesse parum constat; quod si huic debentur, e Peripateticorum doctrina certe non fluxerunt.

3) Ad Λ 624 ego [Plut.] V. Hom. c. 210 contuli; cum Ζ 265 Weber (p. 102) cap. 206 composuit; cf. eundem p. 174 de condicione, quae eius libri capitibus 205 sqq. cum Dioscuride intercedat, disserentem.

4) Fortasse etiam Θ 53, si modo recte Weber (ad p. 109, 10 sqq.) Dioscurideae de cibis heroum disputationis (Ath. I, p. 11 B) inde a p. 25, 17 K.: μήποτε δὲ καὶ cυνωνυμεῖ τὸ ἄριcτον τῷ δείπνῳ κτλ., quae verba Porphyrianis sane simillima sunt, alterum atque eorum quae antecedunt (haec quidem Aristarcho debentur) fontem statuit. Ego in Prolegomenis (p. 373. 74) scholium non recte ex ipso Dioscuride derivavi; Plutarchus contra (Q. C. VIII, 6, 4) sine dubio ex hoc ipso pendet (cf. spr. p. 189).

quae non evicisse mihi videatur addam. Erravit autem in eo, quod inter Peripateticorum studia Homeri carminibus explicandis impensa et solutiones ab iis aut inventas aut collectas non distinxit. Ita ut non solum apud Athenaeum (praeter libr. I) etiam, ut alios mittam, libris V et XII, sed etiam apud Dionem Chrysostomum et Plutarchum in opusculis quibusdam Peripatetica id genus latere satis multa perspexit eaque optime neque sine fructu congessit, ita ex eodem Dioscuride ea fluxisse omnia non probavit; velut — ut in una re subsistamus —, quamvis libro quinto Athenaei inesse Dioscuridea concedamus, libro duodecimo largiamur, altero loco cum Herodici Cratetei doctrina[1]), altero cum Stoicis adeo permixta sunt, ut suum cuique tributum esse saepe non constet. Sed haec ad nos non pertinent; nostrum potius est indicare, cur locos quosdam a Webero propter consensum qui cum Porphyrianis iis intercedat e Peripateticorum Corpore derivatos neque in textu neque h. l., ubi de Aristotelis eiusque asseclarum solutionibus in scholiis obviis egimus, addiderimus.

Ita, ut in duobus locis subsistam, quaestionem Porphyrianam ad Ξ 314 traditam propter verborum quorundam cum Ath. XII, p. 511 B (= p. 107, 16 W.), quem locum e Dioscuride repetivit Weber (p. 180), consensum e Peripateticorum Corpore cum eodem derivate vereor; neque enim iniuria de fragmenti illius initio „*Stoicum quendam*, inquit ipse, *audire tibi videaris contra Epicureorum rationem pugnantem*“.[2]) Neque magis quae ad Ι 186 de Achille fidibus canente Porphyrius habet propter consensum, qui cum Dione Chrysostomo (or. 2, p. 82 R.) iis intercedit, ad fontem cum Dioscuride ei communem referre audeo; alia quae afferre possum, ne longus sim, omitto. Omnino autem, ut solutiones difficultatum Homericarum in Peripateticorum disputationibus prolatas ab iisdem fuisse collectas nunc quoque contra Hageni ἔνστασιν verissimum esse existimo (v. p. 179 sq.) — neque neglegendum est, librum id genus Musei Alexandrini sodales condidisse (Porph. Ι 682) —, ita opus quoddam collectaneum multifariam illam Peripati de rebus Homericis doctrinam complexum ego certe neque olim significavi[3]) neque nunc facile mihi fingo. Neque habeo igitur quod h. l. quaeram, quonam modo res quaedam ad Peripateticos nominatim relatae neque ζητήματος cuiusdam vestigia prodentes in scholia (velut Υ 267) pervenerint: ad Porphyrium certe nihil ducit.

Spretis denique adiumentis ab aliis scriptoribus petendis, quaenam quaestiones, etiamsi Peripateticorum aut ἐνστατικῶν aut λυτικῶν nomina in iis non afferantur[4]), propter placita quaedam in iis occurrentia ad eos

---

1) Etsi enim Carol. Schmidt, de Herodico Crateteo (Progr. gymn. Elbing. 1886), p. X Herodicea libri quinti capp. 3—18 terminavit, ipse Weber, p. 184, etiam in sequentibus nonnulla ex iis petita esse concessit.

2) De Marte adultero a Volcano deprehenso aliter atque h. l. (p. 107, 18 Web.) apud Ath. I, p. 14 C Dioscuridem (Peripateticos nimirum secutum) agere supra (p. 191) vidimus.

3) Weber quoque (p. 124) me Peripateticarum solutionum Corpus constituisse recte attulit.

4) Huic quaestionum generi etiam schol. δ 1 et quae cum eo cohaerent me annumerare vel ex iis quae in Prolegg. p. 417 attuli apparet.

referendae esse videantur quaeramus. In quibus primo loco se offert schol. C 98; quid enim Achilli διὰ τὰ καλὰ ἔργα et vivere volenti et mori similius quam quae in Eth. Nicom. III, 12 (p. 1117 β 9 sqq.) accipimus: ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ . . . . . μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπηθήσεται· τῷ τοιούτῳ γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον . . . . . ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀνδρεῖος, ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ' ἐκείνων αἱρεῖται vel quae IX, 8 (p. 1169 α 18 sqq.) traduntur: τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν . . . . . . περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλὸν κτλ.? Profecto hanc si quis solutionem ipsi Lycei capiti tribuerit, me facile habebit adsentientem. Scholae eius certe doctrinam ipsum primum Iliadis zetema sapit (adde haec ad Prolegg. p. 404, 3), si quidem quaestio διὰ τί ἀπὸ τῶν τελευταίων ἤρξατο καὶ μὴ ἀπὸ τῶν πρώτων ὁ ποιητής ea circumscribit fere, quae poet. 23, p. 1459 α 30 sqq. docemur: θεσπέσιος ἂν φανείη Ὅμηρος . . . . . τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον κτλ., item schol. κ 20 (cf. κ 242), cuius cum verbis, ἀνεύθυνα τὰ τῶν μύθων esse, locum Aristotelicum de tragoedia agentem in annotatione contulimus. Quid, quod ineptam disputatiunculam illam (Z 164. 65) de verbis ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ et ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε (γ 272) institutam nunc, postquam Peripatetica in scholiis latere multo plura quam antea suspicatus eram intellexi, ut e quaestionibus in Eth. Nicom. V, 11 de ἀδικεῖν et ἀδικεῖσθαι condicionibus institutis detortam scilicet eidem origini assignare non vereor. De aliis quibusdam locis (velut γ 20; p. 32, 5) ad ea quae in notis attulimus legentes relegare sufficiet.

Restat, priusquam ad Stoicorum solutiones a Porphyrio adhibitas transeamus, unus locus in confinio quodam modo harum et Peripateticarum positus, ι 5 sqq., quo loco de difficultate totiens agitatae, qui fiat ut vitae voluptuariae laudator Ulixes exsistat, disputatur. Qua de quaestione cum olim (Prolegg. p. 414) haesitavissem, Megaclidis certe solutionem, quam sine dubio continet (v. ad p. 81, 12)[1]), eo quoque loco ex eodem Peripateticorum Corpore, unde reliqua Megaclidea, Porphyrium hausisse nunc statui. Accedit, quod Seleuci interpretatio ei adiecta est; hic enim, etiamsi Peripateticis annumerari non possit, studia eorum et inventa minime neglexit: in iis certe quae apud Athenaeum II, p. 40 CD leguntur fragmentum ex Aristotelis (102 edit. Tbn.) libro περὶ μέθης attulit — quam ob rem Kaibelium p. 93, 19 v. καὶ μέθας non recte uncis inclusisse existimo —, apud eundem autem X, p. 430 C Chamaeleonti obloquitur (cf. Carol. Bapp in Commentatt. phil. ad honorem O. Ribbeckii, p. 262), tertio denique eiusdem loco (de quo cf. etiam p. 194, 1), II, p. 50 A, ea quae protulit cum Clearchi quae antecedunt et Theophrasti quae sequuntur verbis cohaerere videntur. Idem in scholio, de quo h. l. agimus, Megaclidis solutionem respexisse

1) De origine scholii Porphyriani quamquam cum R. Webero, p. 182, consentiam, me non propter verba (Dioscuridis ut ille putat) apud Ath. XII, p. 513 B servata ita iudicare, ex iis quae p. 192 attuli apparet.

sed non amplexus videtur esse, ita quidem ut Eratosthenem secutus εὐφροςύνην eo sensu ut εὖ φρονεῖν esset accipere maluerit. Cui loci interpretationi si recte καὶ ςώζει τὴν αὐτάρκειαν adieci, aut ipse Seleucus Ulixem aut (quo magis inclino) Porphyrius Seleucum ita αὐτάρκειαν, quam poeta victui heroum tribueret, melius tueri addidit. Utri autem Seleuci librorum, commentarione Homeri (ut schol. α 215) an ςυμμίκτοις eius, haec tribuenda sint, nunc non magis quam cum Prolegomena scribebam (p. 380) mihi constat; quod si e ςυμμίκτοις repetenda sunt, et haec et alia, quae Bapp, p. 264. 65, attulit, haudquaquam inanium solutionum captatorem — id quod propter rem a Suetonio (Tib. 56) narratam aliquis forsitan posuerit [1]) — eum fuisse apparet.

2 d.

Paucissima e nova hac tot Odysseae scholiorum editione in Stoicorum aut solutiones aut poetae versuum interpretationem redundaverunt. E quibus quae ad schol. ε 182, quod meliore forma quam quaestio Vaticana κγ′ ad nos pervenit (cf. p. 168), pertinent, in annotationibus iam protulimus; in quibus (p. 107, 2) etiam de scholio λ 322, qui fiat ut Minos ὀλοόφρων dicatur, quaerente egimus; quod autem in scholio γ 20 Lycei et Porticus definitiones indagavisse mihi visus sum — Stoica sine dubio in eo adsunt — cum ea re quod utriusque scholae opus quoddam collectaneum Porphyrio praesto fuit optime congruit.

Haec paene omnia; nam nisi forte quis nonnulla eorum, quae supra Antistheni vindicavimus, Stoicis tribuere malet, qua de re in angusto multorum placitorum confinio nonnumquam dubitari posse concedendum est [2]) — sed pugnat pro Antisthene ipse exiguus ille huius carminis solutionum, quae quidem certas ob rationes Stoicis tribuendae sint, numerus —, unus restat locus, γ 332; de quo in hac huius libri parte pluribus me acturum esse in annotatione iam significavi. Quaeritur, cur in sacris a Nestore factis, ut apud Iones, priusquam concilium mitteretur, diis linguas obtulerint. Solvendi causa cum alia tum illud affertur, Mercurio, cui — apud Phaeaces certe —, priusquam convivae cubitum irent, libatio fieri soleret, etiam linguas λόγῳ ὄντι sacrificatas esse.

Qua cum solutione conferendum est, quod apud Heraclitum, alleg. 72, p. 142 M., inter alias rationes, quibus appareat Mercurium esse λόγον, haec leguntur: γλῶττα δ' αὐτῷ θυςία, τὸ μόνον λόγου μέρος, καὶ τελευταίῳ ἐπὶ κοίτην ἰόντες Ἑρμῇ ςπένδουςιν,

1) Tamen neque post argumenta a Bappio l. c., p. 262 sq., prolata pro eodem utrumque habendum esse mihi persuasi. Scholia enim A 340. 381, in quibus affertur (alia argumenta vid. in Prolegg. Il. p. 380, 1), nunc quoque nescio cuinam nisi Didymo adscribam; eademque ratione Ludwichium (Ar. Hom. Txtkr. I, p. 190. 92) video iudicare. Locus autem Athenaei II, p. 50 A, quem non omittendum est in Epitome legi, ita comparatus est, ut mihi non constet utrum Demetrius Ixion (id quod Bappius voluit) a Seleuco, an hic ab illo afferatur, an Demetrii memoria ab Athenaeo iniecta sit. Res itaque adhuc incerta.

2) Vid. imprimis Addenda ad p. 5 et ad p. 100.

ἐπεὶ πάσης φωνῆς ἐστιν ὅρος ὕπνος, prorsus eodem modo quo in schol. Apoll. Rhod. I, 517: ὅτι ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς κρατῆρα κιρνᾶν, ὅτε μέλλοιεν καθεύδειν, καὶ τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων ἐπιθύειν τῷ Ἑρμῇ καὶ ἐπισπένδειν οἶνον. καὶ ἴσως φυσικῶς· ἐπεὶ γὰρ Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδέδοται, ὄργανον δὲ αὐτοῦ ἡ γλῶσσα, ἥτις ὕπνου ἐπιπεσόντος ἠρεμεῖ, εἰκότως τῷ Ἑρμῇ αὐτὴν θύουσιν. καὶ Ὅμηρος· γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, scriptum videmus. Qui loci cum inter se ea re congruant, quod cum Mercurius λόγος esse perhibeatur tum linguae non — ut est apud Homerum — omnibus diis, sed huic sacrificari dicuntur, quin ex eodem fonte, et Stoico quidem[1]), originem ducant dubitari nequit. Ex ipso autem Stoicorum Corpore de philosophorum placitis agente, unde quaestiones quaedam Iliadem spectantes fluxerunt (v. Prolegg. p. 402), haec quoque[2]) derivata esse, et e Porphyrii verborum cum Heraclito consensu sequitur et ea re confirmatur, quod iis quae inter scholia Apollonii paullo ante (ad v. 489) leguntur G. Heylbut, Mus. Rh. XXXIX, p. 158, eandem originem vindicavit.

His autem, quae similiter Rob. Weber (Stud. Lips. XI, p. 143. 44) iam effecit, addendum est, solutionem illam a Porphyrio allatam Antipatri videri esse, Tarsensis, philosophi inter Stoicos haud ignobilis, si modo ea quae nunc extremo scholio leguntur (p. 38, 9): οἱ δὲ ὅτι τῷ Ἑρμῇ πυμάτῳ σπένδοντες ὅτε μνησαίατο κοίτου· τούτῳ οὖν καὶ τὰς γλώσσας λόγῳ ὄντι ἐκάρπουν, cum iis quae nominatim huic tribuuntur (l. 1): ὅτι χρὴ αὐτῇ τέλος ἐπιθέσθαι πρὸς κοίτην ἰόντας[3]), olim cohaeserunt. Quod admodum veri simile est; nam non solum iis quae Stoicum illud Corpus praebebat ita quam maxime respondent, sed etiam in scholio

1) Quae apud Cornutum cap. 16 de Mercurio λόγῳ leguntur: διάκτορος κέκληται ..... ἢ ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰ νοήματα ἡμῶν εἰς τὰς τῶν πλησίον ψυχάς· καθὸ καὶ τὰς γλώττας αὐτῷ καθιεροῦσιν, ea re differunt, quod libationis antequam homines cubitum eant institutae mentionem non iniciunt; cf. schol. RV Ar. Plut. 1110. Libationes tantum, neglecta altera re, Plut. Q. C. VII, 9 extr. affert.

2) Plus distat Dioscurides ap. Ath I, p. 16 B (= p. 120, 6 Web.): ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διὶ τελείῳ· δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι· σπένδουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες· προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν. Quae nescio an fidenter nimis Weber (p. 144) ad Stoicos item et ad ipsum quidem Corpus illud rettulerit; mihi certe neque ὕπνου προστάτης neque διὰ τὴν ἑρμηνείαν illud (cf. Arist. de respir. 11, p. 476 a 18: ἡ φύσις χρῆται τῇ γλώττῃ πρός τε τοὺς χυμοὺς καὶ πρὸς τὴν ἑρμηνείαν) Porticum redolet.

3) Ut (ad p. 38, 1 sqq.) propter mira illa scholii excerpti verba: ὅτι χρῆν αὐτὴν πείθεσθαι πρὸς μῆτιν ἰόντας suspicarer aliud quid in scholii T verbis corruptis latere posse, ea re inductus sum, quod secundum Chrysippum, ap. Galen. de placit. Hipp. et Plat. III, 8 (vol. V, p. 352. 54 K.) Μῆτις φρόνησίς τις est, qua devorata Iuppiter Minervam pepererit, ἐπειδὴ τὰς τέχνας ἁπάσας ἐν τῇ καρδίᾳ συνισταμένας διὰ τὸν λόγον εἰς τὸ φανερὸν ἐκφερόμενοί τινες λόγοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐξίασιν. An longe plura allegorica e Corpore illo Porphyrius de h. l. excerpserat, ut rudera tantum tristia nunc supersint?

recentiore de eadem re verbis nonnihil mutatis agente, quod cod. E servavit (p. 38, 12 sqq.) et in schol. H excerpto (ad p. 37, 11 sqq.): οἱ δὲ ὅτι δεῖ παύειν αὐτὴν εἰς κοίτην ἰόντας· ὅθεν καὶ τῷ Ἑρμῇ πυμάτῳ σπένδεσκον, coniuncta adsunt. Praeterea quae de utraque vetustorum Graecorum consuetudine in scholiis afferuntur, quae ea re quam maxime ab Antipatri ratione differunt, quod non coniunctam alteram cum altera commemorant, quamvis pauca quaedam Stoica in iis adsint, non est cur ad Porphyrium referamus[1]; scholium dico η 138 (vulg.) et ea, quae Weber p. 144, 1 parum circumspecte Porphyrio tribuit: κ 277 (H; in quo cum Cobeto, Mnem. N. S. VII, p. 436 ἀλλ' ὅτι λόγιος ὁ θεός legendum), κ 305 (T; v. ad p. 100, 10), ο 319 (H), cuius verba: ἐπειδὴ τὸν Ἑρμῆν τοῦ λόγου λέγουσιν ἔφορον καὶ τῶν τεχνῶν ἐπιστήμονα a Stoico certe fonte quam maxime discrepant.

2 e.

De solutionibus denique contra grammaticorum ἀθετήσεις prolatis hoc quoque loco (cf. Prolegg. Il. p. 427 sqq.[2]) acturis in iis subsistendum est locis, in quibus primi illi offendisse, neque — quantum his quidem temporibus effici potest — philosophorum aliorumve dubitationes amplexi esse[3]) videntur. Pleraeque autem huius generis quaestiones ita comparatae sunt, ut — id quod in quaestiones de Iliade institutas non cadit (cf. l. c. p. 435 sqq.) — a ceterarum quaestionum forma minime discrepent. Quas, quoniam ἀθετήσεις non per ipsa scholia traditas diligenter suis locis indicavi, non est cur h. l. enumerem; id unum addendum, non adeo esse mirum, verba, quibus initio quaestionum λ 315, μ 86, ψ 218 versus pro spuriis esse habitos afferatur, a Carnuthio, Aristonici περὶ σημ. Ὀδ.

1) De reliquis solutionibus a Porphyrio de ea re allatis tenendum est, eam, quae Apionis est (p. 37, 13), in schol. Apollonii, quod c. nov. lemm. statim sequitur, e Philochori libro περὶ θυσιῶν afferri: ὅτι (ἡ γλῶσσα) τὸ κάλλιστον τοῦ σώματος καὶ πρωτεῦόν ἐστι. Ubi quae sequuntur: καὶ Ὅμηρος ἀλλ' ἄγε τάμνετε γλώσσας ἀντὶ τοῦ παύετε τοὺς λόγους, in schol. M[a], cuius initium ad p. 38, 9 sqq. attuli, repudiantur: εὔηθες γὰρ τὸ λέγειν σύντεμε τοὺς λόγους.

2) Afferre ibi debui, non satis certas ob causas multa scholia res quasdam ut ἀπρεπῆ notantia a Cobeto, Mnem. N. S. II, p. 163 sqq., Aristophani Byzantio tributa esse.

3) Cf. Prolegg. p. 439. — Ex Odysseae locis ζ 244 et μ 374 huc pertinent, de quibus Peripateticos iam egisse aut constat aut certo concluditur. Etiam solutio η 311 ad παλαιὸν ἔθος recurrens ita comparata est, ut ad eosdem quam ad Aristarchi adversarium referre malim; quae autem ad κ 329 in codd. Vd et H leguntur (p. 99, 8 sqq.) a ceteris scholiis quae eo congessimus adeo non possunt divelli, ut aeque atque haec superiorum neque Alexandrinorum grammaticorum temporum dubitationibus obloqui crediderim (cf. p. 177). Idem de quaestione de θ 267 sqq. instituta constat, quem locum a grammaticis quibusdam poetae abiudicatum esse e schol. RV Ar. Pac. 778: σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ Μόσχος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν, Carnuthius, p. 82, demonstravit (add. Ludwich, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 570).

reliquiae, p. 105. 114. 162, Aristonico tributa fuisse[1]): parum enim cum liber ille edebatur de Porphyrii agendi ratione constabat.

Rectissime contra Carnuth scholia β 89 et 107 inter Aristonicea edidit. In priore enim (H et M[a]), cuius ipsum initium: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δοκοῦν ἀσυμφώνως λέγεσθαι clarissime originem prodit, quae sub finem leguntur: οὐδὲν δὲ ἐναντίον ἔχει τὰ ἔπη, quamquam Aristarcho obloquuntur, nihil tamen habent quod ad quaestionem de eo loco institutam ducat. Alterum autem incipit illud quidem, ut adhuc editum est, a verbis πῶς οὖν ἔμπροσθεν ἔλεγε τάχα δ' εἰσι τέταρτον; attamen quid rei sit e schol. H (ut etiam Q et M[a]) facile intellegitur. Ubi haec tantum leguntur: αἱ ὧραι τοῦ τετάρτου ἔτους· πῶς οὖν ἔμπροσθεν ἔλεγε τάχα δ' εἰσι τέταρτον; οἷον τελειωθήσεται· ταῦτα δὲ πρὸς τὰ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένα περὶ τῆς ἀσυμφωνίας[2]), quae verba id unum agere, ut eorum quae paullo ante codicibus iam illata erant memoriam renovent apparet (cf. etiam p. 163, 2).

Quorumnam lyticorum versibus a grammaticis condemnatis opem ferentium solutiones in his quaestionibus lateant vix semel investigari potuit. Ptolemaeus enim ille, de quo schol. ν 352 agit, si modo pro Epitheta habendus et hoc quoque loco Aristarchum aggressus est (cf. Prolegg. p. 428), quod ἀθέτησιν ille neglexerat perstrinxit. Contra ea quae versus η 225 defendendi causa Pius protulit ita comparata sunt, ut ἀπολογούμενον πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριστάρχου (cf. l. c. p. 435) eum haec proferre facile quis concederet, dummodo hunc — quod propter ipsam Pii solutionem ego crediderim sane — in eo offendisse constaret. In Zenodoti Alexandrini τοῦ ἐν ἄστει librum πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ ex his non magis quam ex Iliadis quaestionibus quicquam redundavit.

De hoc autem ut hoc quoque loco plura addenda sint, inde factum est, quod post ea quae in Prolegomenis p. 428 sqq. de Zenodotis et Alexandrino et Mallota et de Zenodoro effecisse mihi visus eram et adhuc

---

1) Eadem ratione explicatur quod nonnulla scholia, quae nos Porphyrio vindicavimus, a Carnuthio Aristonico tributa sunt, ita quidem ut in plerisque crucis signo, quo adnotationes eius interpolatas aut verbis submutatis expressas esse significavit, uti maluerit. Sunt autem haec: δ 254 (cf. Carn. p. 30 schol. γ 117 violenter mutantem), δ 442, ε 244, ζ 58, θ 278, ι 106 (p. 87, 11). 275 (ad p. 88, 24), κ 240 (ad p. 99, 8), λ 239. 286 (ad p. 105, 1), μ 3. 4, ν 109, ξ 336. Quibus singillatim refellendis immorari nolo (de ι 106 p. 186 egimus). Doctrinam Aristarchi in nonnullis ex his ut in multis utriusque carminis scholiis adesse certum est; cf. praeter ea quae suis locis infra textum attuli cum λ 239 (p. 104, 3—8) schol. A N 365, cum μ 3. 4 (p. 110, 3 sqq.) Lehrs, Ar. p. 175, cum ξ 336 eund. p. 115 et Carnuth, p. 129. — Patuit autem Porphyrio Aristarchi doctrina vel per Quattuor Viros, unde etiam scholia A fluxerunt (cf. Prolegg. p. 447); id quod nuper argumentis parum idoneis W. Schmid, Phil. N. S. II, p. 553, in dubium vocavit.

2) In codd. E (f. 15[a]) et D (f. 189[b]) nonnulla his addita sunt: εἶπε γὰρ ἔμπροσθεν ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶν κτλ. (= p. 90, 12—15 D.), quae propius ad quaestionis formam accedunt; apparet tamen ea alteram recensionem scholii Aristonicei exhibere.

mihi videor, novam quandam sententiam Hermannus Pusch protulit in dissertatione Halensi (1889) Quaestiones Zenodoteae inscripta. Quae, quoniam his Epilegomenis multa quae illic constitueramus curis secundis perlustramus, ut praeteriri non debet, ita, ne multa quae altero loco protulimus repetamus, brevitati quam maxime studebimus.

Ergo cum ego, qui Zenodotum Alexandrinum τὸν ἐν ἄστει pro eodem atque Mallotam s. Crateteum esse habendum existimem, Suidae locum Hesychianum (I, 2, p. 723 Bhd.) ita constituissem, ut ante ἔγραψε πρὸς Πλάτωνα περὶ θεῶν lacuna secundum codicis Parisini στιγμήν statuta unum librum Anti-Aristarcheum Zenodoto Alexandrino, omnia autem quae verbum ἔγραψε sequuntur Zenodoro, cuius nomen excidisset, tribuerem, Puschius longe sine dubio violentius Hesychium ad Zenodotum Alexandrinum haec rettulisse: πρὸς Πλάτωνα περὶ θεῶν, λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων, εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν καὶ ἄλλα συχνά, per errorem autem Suidae et Mallotae s. Cratetei πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα et Zenodori περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας libros iis fuisse insertos posuit.

Quam rationem propter eam quam dixi causam non credo fore multos qui amplectantur; sed ad id quod agimus ut transeamus, rem spectanti non multum interest Aristarchi ille adversarius Alexandrinusne fuerit an Mallotes[1]); nam ne tantillum quidem in quaestionibus Homericis eius de quo agimus generis occurrit quod Zenodoto cuidam tribuas. Contra non prorsus inutilis his disputationibus neque neglegenda est quaestio, rectene Puschius quaecumque in scholiis occurrunt Zenodorea ad librum περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας neque ad λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων, quae Zenodoto τῷ ἐν ἄστει tribuit (cui ego locis quibusdam per coniecturam ademeram), rettulerit. At in quo cardo disputationis Puschianae versatur, longum illud fragmentum e libris περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας in schol. B et Leid. C 356 servatum ad *quaestionum et solutionum librum* redire (ita certe verba p. 23 intellego), id nihili est; nam unus locus, qui speciem solutionis praebeat: ἀλλὰ τοῦτο μὲν συγχωρητέον κατὰ τὸ σιωπώμενον γεγενῆσθαι (schol. Il. ed. Dind. IV, p. 182, 13; praecedunt verba πῶς τε τὴν ἀπὸ Ἴδης μετάβασιν τοῦ Διὸς οὐ δεδήλωκεν;) nihil nisi dubitationem quandam ipsius auctoris de una ea re quam modo protulerat affert; universa autem eius agendi ratio nihil habet quod solutionum Homericarum aut inventorem aut collectorem prodat. Iam cum concedam, quae in quaestione Vaticana λ' (edit. Il. p. 213, 6 sqq.; cf. spr. p. 46, 19 sqq.) leguntur: Ζηνόδωρος[2]) δὲ διιπετῆ τὸν διαυγῆ ἀποδίδωσι· διὰ τοῦτο καὶ γράφει διειπετῆ κτλ., aeque ac schol. H (f. 59^b int.) κ 124: .... κατέστη ἴδιον τὸ ἰχθῦς καὶ τὸ φέροντο Ζηνοδώρῳ (de quo bene Puschius

1) Πολυώνυμον illum Zenodotum, quem cum aliis ego constitui, argumentum esse gravissimum a Puschio contra me prolatum dissimulare nolo; sed nimium huic rei tribueret, qui ob eam Suidae verbis vim inferendam esse existimaret. — Ceterum primus, quod sciam, Puschius Alexandrini epitheton ὁ ἐν ἄστει recte intellexit: opponi scilicet eum Ephesio τῷ ἐν τῇ αὐλῇ.

2) In scholio P 263 etiam Harl. 5693 hanc nominis formam habet.

p. 21, 2) et Apollon. v. ζῶστρα: . . . . . ὁ δὲ Ζηνόδωρος βέλτιον τὰ ζώματα, τὰς ζώνας, ad libros περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας posse referri, ea quae in quaestione C 22 contra Platonem et Zoilum proferuntur: Ζηνόδωρος δὲ ἀπολογεῖται λέγων, ὅτι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν πεπραγμένων θρηνεῖ, καὶ ἄλλως συνήθη ταῦτα τῷ τότε ⟨sic conieci; cod. A τε⟩ βίῳ κτλ., cum multum ab illis discrepent, propter unum συνήθη illud ad librum illum referendum esse nego, praesertim cum propter ea, quae supra de Peripateticorum solutionibus agentes effecimus, nunc dubitem, an post θρηνεῖ plene interpungendum, altera autem solutio Peripateticis tribuenda sit.[1])

Quae cum ita sint, nunc quoque eadem qua olim ratione procedendum esse existimo, ita ut in quaestionibus A 1 et B 8 sqq. editis Ζηνόδοτος in Ζηνόδωρος corrigere non verear. Quem errorem altero certe loco facillimo negotio librariorum aliquis, per quorum manus ea scholia tradita sunt, committere potuit, si quidem ad ipsum versum B 12, qui in scholio affertur — ad eundem in cod. B scholium relatum est —, ab aliis notatum vidit, Zenodotum ἕλοι (Aristarchus ἕλοις) πόλιν εὐρυάγυιαν scripsisse. Ad priorem autem locum quod attinet, haud scio an nonnihil ei item rei tribuendum sit, quod scholium in cod. B ad A 45 adscriptum est, Zenodotum autem ibi Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, non Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι, legi iussisse cod. A perhibet.

Hactenus quidem de iis quaestionibus, quarum, cum grammaticorum athetesibus obloquantur, forma a ceteris quaestionibus non discrepat. Inter eas autem, quae peculiari quadam forma utuntur, nulla est similis earum, quibus — ut in nonnullis quaestionibus de Iliadis locis condemnatis agentibus (cf. Prolegg. p. 436) — causae, propter quas versus Homero abiudicandi esse viderentur, a scholiastis demum additae sunt. Pauca contra adsunt scholia, velut λ 52 et ο 95 (utrumque in cod. H), in quibus ab aliquo eorum, qui ea transcribebant, de sententia antea pro-

1) De codicis Athoi libello Ζηνοδώρου περὶ συνηθείας ἐπιτομή inscripto (edit. a Millero, Mélanges de littérature grecque, p. 407 sqq.), quem e libris περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας excerptum esse negavi (l. c. p. 433), Puschius, p. 22, consentit, quamquam de causa, propter quam nomen illud additum sit, non nihil discrepat. Ego nunc tamen dubito, an cum Leop. Cohnio, quaest. Eust. (diss.) Vratislav. 1878, p. 8 not., pro *„misella libri Zenodorei epitoma“* libellus ille habendus sit. Male enim cum iis quae effecisse mihi visus eram congruit, quod etiam in cod. Veneti Marciani 386 saec. XII (sec. Brun. Keilium, Wochenschr. f. kl. Phil. 1887, p. 588) f. 221b fragmentum eiusdem opusculi, adscripto eodem titulo (Ζηνοδώρου περὶ συνηθείας ἐπιτομή), legitur, v. Car. Theod. Michaelis, de Plutarchi codice manuscripto Marciano 386 (Wissenschaftl. Beilage z. Progr. der Charlottenschule), Berolin. 1886, p. 25, tria autem — id quod maioris momenti est — quae ibi servata sunt doctrinae Zenodoreae fragmenta (de v. ἑστία, βωμός, ἠώς) longe uberiora, quam quae cod. Athous exhibet, neque ita comparata sunt, ut ex iis certe scholiis quibus his temporibus utimur excerpta esse possint. Ante omnia autem, priusquam certius iudicemus, exspectandum erit, num ex aliis fortasse codicibus adhuc neglectis, velut nunc e Marciano, aliquid lucis rei affulgeat. In còdicibus Laur. LXXX, 13 et Vind. phil. Gr. 185 fragmenta pauciora etiam et breviora quam in cod. Athoo legi, Leop. Cohn docuit, Annal. phil. 1886, p. 834.

lata dubitationes et brevissime quidem significantur; quae non est cur ad Porphyrium referamus (cf. Prolegg. p. 440). Eodem modo de scholio de libri ψ parte extrema agente iudicandum est, quod eam quoque ob rem omisimus, quod utrum obloquatur Aristarcho an ei adstipuletur parum constat. Nam cum in **H** (f. 142[b]) haec tantum legantur: ῥητορικὴν ἀνακεφαλαίωϲιν πεποίηται τῆϲ ὑποθέϲεωϲ (praecedunt ab H txt. scripta: τοῦτο τὸ τέλοϲ τῆϲ Ὀδυϲϲείαϲ φηϲὶν Ἀρίϲταρχοϲ καὶ Ἀριϲτοφάνηϲ), schol. **Vd** (f. 145[a], s. ad ἤρξατο posito): ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωϲιν τῆϲ ὑποθέϲεωϲ ἢ ἐπιτομὴν τῆϲ Ὀδυϲϲείαϲ· καλῶϲ οὖν ἠθέτηϲεν Ἀρίϲταρχοϲ τοὺϲ τρεῖϲ καὶ τριάκοντα habet. Contra inter schol. **Q** (f. 263[b], c. l. ἤρξατο δ' ὡϲ πρῶτον, cf. p. 157) οὐ καλῶϲ ἠθέτηϲεν Ἀρίϲταρχοϲ τοὺϲ γ' καὶ λ'· ῥητορικὴν γὰρ πεποίηκεν ἀνακεφαλαίωϲιν καὶ ἐπιτομὴν τῆϲ Ὀδυϲϲείαϲ traditum est (id. fere **M**[a], f. 280[a]).[1])

De solutionibus contra de libri ω initio prolatis Eustathium prave iudicasse, cum scriberet (p. 1957, 18 sqq.): καὶ τοιαῦτά τινα παίξαντεϲ οἱ ταῦτα φιλοκρινοῦντεϲ ⟨φυλλοκρινοῦντεϲ?⟩ καὶ ἀπορίαιϲ διαϲπαράξαντεϲ, εἶτα καὶ λύϲεϲιν οἷον ϲυνουλώϲαντεϲ προϲίενται ὅμωϲ τὴν Νέκυιαν ταύτην, optime iam Polak, cur. sec. p. 518, persecutus est; idem in eo, quod singulis criminationibus singulae defensiones subiectae essent, non esse offendendum collata quaestione de libri λ altera parte instituta — nos eam ad λ 568 sqq. edidimus —, utrumque autem locum ad Porphyrium esse referendum bene effecit; addere poterat quaestionis de Λ 767 sqq. agentis eandem esse condicionem. Ex ipsis autem Eustathii verbis cum eluceat, ei in codice, quo utebatur, scholii Marciano simillimi copiam fuisse, neque propter iudicium, quod de rei tractandae ratione fert, statui possit, eum ipsum suum ingenium secutum poetae aut impugnandi aut defendendi causa quicquam addidisse, certum est, ea quae solus ille habeat ex eadem quaestione, unde Marcianum scholium derivatum sit, fluxisse, ita ut inter sese in unius quaestionis corpus coniungere non dubitaverim. Ceterum non spoponderim, omnia crimina in hos versus intenta ipsius esse Aristarchi; cui quae propter Iliadis quorundam scholiorum auctoritatem certo tribui possunt Carnuth, Ariston. περὶ ϲημ. Ὀδ. rel., p. 163, attulit, etsi vix recte ἐνϲτάϲειϲ illas inter Aristonicea rettulit (cf. p. 196).

Restat ut moneamus, de Lysania, Hephaestione, Hermogene lyticis nulli earum quas constituimus classi inserendis (cf. Prolegg. p. 440) ex Odysseae quaestionibus nihil novi posse constitui.

---

1) Carnuth, p. 162, codicis Vd lectionem amplexus inter Aristonicea scholia recepit. Pro altera (οὐ καλῶϲ) pugnat, quod in [Plut.] Vit. Hom. c. 174 ut exemplum ἀνακεφαλαιώϲεωϲ a poeta adhibitae affertur: ἃ γὰρ διηγήϲατο ὁ Ὀδυϲϲεὺϲ παρὰ τοῖϲ Φαίαξιν ἐν τέτταρϲι ῥαψῳδίαιϲ, ταῦτα πάλιν διὰ βραχέων διέξειϲιν ἐν τούτοιϲ· ἤρξατο δ' ὡϲ πρῶτον κτλ. (cf. etiam Arist. rhet. III, 16, p. 1417 a 14). Neque tamen hoc sufficit, ut, accepta οὐ καλῶϲ lectione, Porphyrio haec vindicemus. — Ceterum Cobet, Mnem. N. S. IV, p. 242, in schol. Vd κακῶϲ pro καλῶϲ coniecit.

Caput tertium.

Qui quaestionum in Odysseae codicibus traditarum similiter atque quaestionum de Iliadis difficultatibus agentium (v. Prolegg. p. 441 sqq., coll. Herm. XX, p. 405) stirpes quasdam plus minusve ad primariam earum formam accedentes constituere vellet, is, quantum intellego, operam perderet. Breviores enim, si a paucissimis quibusdam discesseris, sunt multoque numerus earum potissimum, quae cum Vaticanis comparari possint, minor est, quam ut quicquam certi ea ratione effici possit. Neque multum ea re lucramur, quod earum quaestionum, quas in textum recepimus, plerasque et optimas quasque uberrimasque Harleiano codici, quibus locis nonnullis Parisinus accedat, et — quos ex uno archetypo fluxisse effecimus (p. 146 sq.) — Ambrosiano **E** Vindobonensique deberi, in libris autem γ — λ multa his cum Hamburgensi, in quibusdam eorum (γ, δ, ι, κ, λ) et in libro α cum Marciano codice esse communia apparet. Neque multo maioris momenti est, quod ex TM codicibus, cum etiam Hamburgensis plurima et optima scholia habeat unus, Marcianus unus praeter scholia ex uberioribus aliis et melioribus excerpta, a quibus non multum discrepant ea, quae p. 10, 16. 35, 20. 54, 15. 75, 20. 104, 15. 126, 16 in textum recepimus, haec tantum Porphyriana habet, quae in ceteris codicibus desiderantur: γ 236, δ 185, ι 19 (p. 67, 19), λ 286, ν 119 (p. 117, 28). 215. 16 (p. 118, 12). 246, ο 78, ψ 364.

Iam optandum quidem erat ut constitui posset, num unus e codicibus illis quos modo attulimus dignissimus esset, quem plerumque certe, posthabita scholiorum ratione, qua ceteri utuntur, ducem sequeremur, vel causaene adessent idoneae, propter quas quaestionibus quibusdam uni codici, qui minoris esse videri possit auctoritatis, debitis, fidem denegaremus. Sed neutrum posse effici facile apparebit.

Verum quidem est, ad rem diiudicandam si quis Odysseae scholia cum unis Vaticanis quaestionibus comparare vellet, futurum esse ut Harleiano longe primas, Hamburgensi secundas partes tribueret, reliquis autem — uno fortasse Vindobonensi excepto — multo minorem fidem esse habendam existimaret. In Harleiano enim quaestionis θ′, quamquam parum apte in tria fragmenta dissecta est (v. ad α 69 et p. 143), tamen paucissima tantum abiecta sunt; prima autem quaestio, cuius in Odysseae scholiorum codicibus quam maxime locus erat — agit enim de versibus β 318 sqq. —, quamvis ea quoque in eo codice habeat quibus a Vaticana discrepet, multo tamen propius quam quae DEM codices exhibent ad eam accedit (v. p. 30, 17 sqq.). Quod de scholio **M**[1]) me recte dicere ex iis quae ad p. 30. 31 attuli quivis intelleget; scholium **D** autem codicis Vaticani verba ita disposuit, ut primo quidem loco ea fere habeat quae in

1) Cum scholio M congruit fere schol. cod. Parisini 2894 (S Dind.), v. ad Iliad. p. 282, 4 sqq. Ceterum de initio scholii a M_1 scripti non prorsus mihi constat; dubito an a verbis ἔμπορος ἤγουν ἐπιβάτης incipiat. Exstat praeterea schol. M^a brevissimum: τὸ ἑξῆς εἶμι μὲν ἔμπορος, ὅ ἐστιν ἐπιβάτης ἐπὶ νεὼς ἀλλοτρίας μὴ ἔχων ἐμὴν ναῦν.

extrema quaestione leguntur: ἔμπορος ἀντὶ ναυκλήρου δι' ἡμᾶς <sic> ἐπιβάτης ἐσόμενος τοὺς κατηναλωκότας μου τὸν πλοῦτον, διὰ τὰ ἄνω· ἢ οὐχ ἅλις ὡς τὸ πάροιθεν ἐκείρετε πολλά, tum verba addiderit quae iis fere respondent quae nos p. 282, 5—14 edidimus (aderant paullo plura, sed linea transverse ducta deleta sunt); quibus subiunxit: οὐ γὰρ νηῶν ἐπήβολος] Ἀττικὴν εἶναι τὴν λέξιν φησὶ Πορφύριος· δηλοῖ τὸ ἐπιτυχὴς καὶ ἐγκρατὴς ἀπὸ τοῦ βάλλειν — οἱ μεθ' Ὅμηρον (= p. 283, 8 — 17 fere), postremo autem loco, praemisso ἄλλως, verba ὁ μέντοι ἔμπορος οὐκ ἀπὸ τοῦ πορίζειν — καλεῖται καὶ ἔμπορος ὁ τοιοῦτος (= p. 282, 14 — 283, 7) adiecit. Scholium denique **E** a D ea tantum re differt, quod post initium illud, quod extremae parti et p. 282, 5—14 quaestionis Vat. respondere dixi, interiecto ἄλλως extremam partem alterius scholii (= p. 282, 14 — 283, 7), tum autem verba οὐ γὰρ νηῶν ἐπήβολος] Ἀττικὴν εἶναι τὴν λέξιν φησὶ Πορφύριος· δηλοῖ τὸ ἐπὶ τύχης καὶ ἀρετῆς <sic> ἀπὸ τοῦ βάλλειν — οἱ μεθ' Ὅμηρον (= p. 283, 8—17) habet.[1]) Idem Harleianus ad δ 477 in uno certe ex iis scholiis, quae de eo loco habet, quaestionem Vat. λ' (edit. Il. p. 213, 6 sqq.) ita exhibet, ut ea tantum re ab eo codice et ab Iliadis codicibus differat, quod versus Odysseae ibi allatos, quoniam iis ipsis scholium adscriptum habet, omittit; ea autem quae infra textum attulimus non minus quam scholium E partem tantum quaestionis (inde a p. 47, 5) continens aut breviora esse aut longius distare facile perspicitur. Schol. **H** ε 182, p. 53, 17 sqq., e quaest. κγ' (non e meliore forma, quam T servavit) accurate excerptum est; contra scholium in eodem codice ad ε 404 relatum magis quam schol. T a quaest. λα' discrepat; ad η 64 autem in hoc quoque codice ut in T et Vd scholio e quaest. ια' excerpto initium τοῦτο ἐναντίον κτλ. additum est; qua in re ut a ratione ab ipso Porphyrio h. l. instituta discessit quisquis scholii auctor exstiterat, ita aliarum eiusdem quaestionum formam non neglexit. Breviora (velut ζ 265) omitto.

Secundas in his quaestionibus Hamburgensis (**T**) liber fert, si quidem non solum ad ε 182 et 404 scholia habet, quae Vaticanas quaestiones aequent vel adeo superent, sed etiam partem quaestionis ιζ', si ab innumeris scribendi erroribus discesseris, magna cum fide ad β 152 adscriptam servavit. Paullo minus hac ratione **E** et **D** commendantur; nam non solum, id quod modo vidimus, quaestionem α' parum accurate reddiderunt, sed etiam ιε' ad β 315 in formam breviorem redactam exhibent ab ipsa quaestione illa adeo discrepantem, ut non dignam habuerim quam ederem; etiam schol. γ 245, quod alter eorum (E) habet, a quaestionis ιδ' verbis

1) Tam accurate haec h. l. attuli, quoniam ad quaestionem α', codicum Odysseae lectionum tunc ignarus, in rebus quibusdam, cum Dindorfium secutus essem, erravi. Quod ad p. 282, 4 sqq. attuli, schol. BQ in cod. **B** (Q cum H congruit) ita ut edidi se habet, nisi quod scholium in duas partes diremptum est, priorem τὸ ἑξῆς εἰμι μὲν ἔμπορος — δι' ὑμᾶς ἐπιβάτης ἐσόμενος, alteram ἐπίβολος <sic> δὲ σημαίνει, ὥς φησιν ὁ Πορφύριος ἐπιτυχὴς καὶ ἐγκρατὴς — νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίας. — Ceterum quae p. 283, 11—13 leguntur etiam in schol. **Leid.** Π 444 (f. 353ᵃ) transierunt, v. Herm. XX, p. 395.

(p. 305, 1) mirum quantum abest. De **Vd** difficilius est iudicatu, quoniam quaestionibus quas dixi Vaticanis a DE servatis, quippe qui priorem carminis partem abiecerit, caret; quae autem ad ο 297 (edit. ad p. 31, 7) et ς 75 (p. 124, 11) brevissima habet scholia excerpta particulas quasdam quaestionum α′ et ια′. ιβ′ accuratissime reddunt; υ 27 (id. H) non inepte e γ′ excerptum est; η 64 eodem vitio quo H (et T) laborat; ε 182 recensionis esse apparet et a schol. T et a quaest. κγ′ diversae; in schol. ζ 330 quaestioni ιε′ aliena addita esse videntur. Reliqua horum codicum excerpta (velut ε 404, ad p. 59, cf. Add.) tam pusilla sunt, ut nihil inde effeceris; idem de paucis quibusdam codicum **M** (praeter id quod ad β 318 sqq. contulimus) et **B** scholiis dicendum est.

Sin omissis Vaticani codicis quaestionibus eas, quae eaedem utriusque carminis codicibus aut integrae aut partim certe adscriptae sunt, inter se conferimus — ut iam supra, p. 137 sqq., Iliadis scholiis ad alterius carminis scholiorum auctoritatem stabiliendam usi sumus —, quamquam hic quoque Harleianus, Hamburgensis, Vindobonensis codices ceteris longe praestant, si quidem ille tredecim[1]), hi septenis[2]) locis aut easdem fere atque alterius carminis scholia aut fragmenta certe earum certis finibus circumscripta exhibent, reliqui autem longe id genus pauciora habent, tamen non solum in ipsis tribus illis, sed etiam in DE[3]) M (accedit locis quibusdam paucissimis B) codicibus tantus adest scholiorum breviorum, quae cum Iliadis scholiis comparata excerpta dicenda sint, numerus, ut in iudicio de codicum auctoritate ferendo omitti non possint. Quae qui diligenter examinaverit et cum uberioribus illis quaestionibus, e quibus excerpta sunt, contulerit, is, quamquam nimis multa saepe abiecerint, habere tamen haud raro ea concedet, quibus illis praestent, ita ut nonnumquam vel ad emendandas illas quam maximo sint usui. Quod, ne longus sim, exemplis allatis probare nolo, praesertim cum facillimo negotio ex annotatione critica singulis locis a nobis diligenter allata peti possint. Minime autem mirum esse, Odysseae scholiorum codicibus cum libello Vaticano aliam atque cum ceteris collectionis Porphyrianae libris intercedere condicionem, facile concedet, qui meminerit ex eo ipso libello quam plurima in Venetum B et Leidensem huiusque similes Iliadis codices, vix quicquam in Venetum A et Townleianum transiisse: diversa nimirum et prolusionis illius et posteriorum librorum indoles (cf. p. 169) diversis posterae aetatis grammaticorum ingeniis arridebat.

Sed ut ad propositum revertamur, ex iis quae modo effecimus, cum fieri non potuisse quin in his quaestionibus edendis eclecticam quandam rationem sequeremur, ut modo hunc nimirum, modo illum codicem ceteris praeferremus, appareat, tum e codicum certe, quibus nos usi sumus, auctoritate sola paullo maiore aut minore argumenta non posse repeti,

1) Vid. p. 1, 1; 10, 3; 43, 16; 48, 21; 57, 11; 60, 16 sqq.; 76, 1; 76, 16; 92, 13; 103, 17; 109, 5; 124, 19; 126, 9.

2) **T** p. 10, 3; 13, 8; 43, 10; 45, 4; ad p. 54, 4 sqq.; p. 57, 11; 103, 17. — **Vd** p. 74, 8; 103, 17; 107, 20; 109, 5; 113 b 5; 124, 19; 126, 9.

3) **E** etiam schol. θ 186, de quo cf. p. 74, 8, habet.

propter quae quaestiunculas quasdam, quae uni cuidam codici debeantur, a Porphyrio abiudicemus elucet.

In ipsa igitur scholiorum quorundam indole causas positas esse scito, cur — ut eas quaestiones, quas dubitandi signo (*) addito tamen in hanc editionem recepi, omittam — nonnulla, quae, cum a verbo πῶς vel similiter incipiant, ad quaestionum similitudinem quandam accedant, Porphyrio ita abiudicaverim, ut ne verbum quidem de iis aut in textu aut in annotatione afferrem. Cuius rei hoc loco quamvis breviter rationem reddere me debere non me fugit.

Adsunt igitur scholia, quibus quaerendi formam extrinsecus esse additam, nemo negabit, qui cum aliis aut eiusdem codicis aut aliorum codicum scholiis de eadem re simpliciter agentibus comparaverit. Velut quod **Vd** (f. 44ª) ad λ 158 (Ὠκεανὸς μὲν πρῶτα κτλ.) habet: ἄλλως· πῶς οὐκ εἰςήγαγε δεύτερα καὶ τρίτα ⟨τρία cod.⟩; ἢ οὕτως· ἵνα μὴ ἄλλον ποταμὸν ἢ ῥεῦμα λέγωμεν, αὐτὸν πρῶτον τὸν Ὠκεανόν, dubitari non potest quin ea qua dixi ratione e scholio H (Dind.; ego non contuli) multo meliore ortum sit: οὐκ ἐπήγαγε δεύτερα καὶ τρίτα, ὅπερ δεῖ κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐκδέξασθαι· ἢ οὕτως· οἷον ἵνα μὴ ἄλλον ποταμὸν κτλ. Idem de **M**ª (f. 49ᵇ) δ 387 dicendum est, quaestionem, cur Idothea de Proteo τὸν δέ τ' ἐμόν φασιν πατέρ' ἔμμεναι dicat, ita ut ad Telemachi verba α 215 μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι recurrat solvente, quod e schol. H α 214 ita transformatum esse ad p. 9, 11 sqq. iam significavi. Neque eum, qui **M**² (f. 46ª) δ 257: ἐζήτηται δὲ ποῦ εὗρε τὸ ξίφος· καὶ λέγομεν παρὰ τῆς Ἑλένης ἔλαβε τοῦτο cum schol. EHQT Dindorfii: δῆλον δὲ ὡς παρὰ τῆς Ἑλένης ἔλαβε τὸ ξίφος· ἐν ῥάκεσι γὰρ παρῆλθεν εἰς τὴν πόλιν comparaverit, quidnam sit rei dubitaturum esse credo. Eodem modo de duobus scholiis ζ 321, quae p. 166 ex **HP** codicibus attulimus, de **M**ª (f. 79ᵇ) η 15: διὰ τί τῷ Ὀδυσσεῖ καὶ οὐχὶ τοῖς Φαίαξιν ἐν ἀορασίᾳ καλύπτει ⟨sic⟩; ὅτι τὸν Ὀδυσσέα ἔμελλε κρύπτειν ἐκ τῶν Φαιάκων καὶ οὐ τοὺς Φαίακας ἐξ αὐτοῦ cum schol. H (f. 40ª): ὅτι τῷ Ὀδυσσεῖ περιέθηκε σκότος, οὐ τοῖς Φαίαξιν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς Ζηνόδοτος, (de quo vid. Carnuth, Ariston. p. 71) collato, de **M**ᵇ (f. 131ᵇ) λ 51: ἀπορεῖ τις καὶ λέγει· πῶς πρώτη ἦλθεν ἡ ψυχὴ τοῦ Ἐλπήνορος; καὶ λέγουσιν ὅτι δόγμα ἦν τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ἂν (?) οὐκ ἐκαύθη ὁ νεκρὸς ἐστράφη καὶ ἐκλαύσθη (?), comparato scholio Mª ibid. (cui alterum illud superne additum est): πρώτη δὲ ψυχὴ Ἐλπήνορος] ἐπεὶ ἄταφος· τῶν γὰρ τοιούτων καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν φθέγγονται αἱ ψυχαί, iudicandum est. Ad γ 36 duo scholia Mª (f. 28ᵇ): Νεστορίδης] παρέπεται γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν νέων προλαμβάνειν τοὺς λοιποὺς ταῖς ἀγαθοεργίαις καὶ προπετεύεσθαι τὴν φιλοτιμίαν (haec quidem etiam H f. 14ª, int.), et πρῶτος δ' ὁ Πεισίστρατος διὰ τὸ ἰδεῖν τὸν Τηλέμαχον ἰσήλικα αὐτῷ ὄντα· εἴωθε γὰρ ἡ νεότης ἐπὶ νεότητι χαίρειν, in cod. **D** (f. 195ᵇ), addita usitata quaerendi forma, paullulum mutata in unum coaluerunt: διὰ τί πρῶτος ὁ Πεισίστρατος; παροιμία ἐστὶν ἡ λέγουσα ἧλιξ ἥλικα τέρπει ⟨huc usque etiam **E**ʳᵉᶜ·⟩· ἢ παρέπεται τοῖς ἀγαθοῖς τῶν νέων κτλ. Contra schol. **M**ª α 113 a Ludwichio, progr. III, p. 26, 2 editum (ego e codice transcribere neglexeram): πολὺ πρῶτος] διὰ τί ὁ Τηλέμαχος

πρῶτος πάντων ταύτην εἶδεν; ἐπειδὴ τὸν ἴδιον πατέρα ἐφιέμενος ἰδεῖν πρὸς τὴν αὔλειον θύραν ἀεὶ ἑώρα addito dubitandi signo in textum recipiendum mihi fuisse video; neque enim constat, utrum schol. **D** (f. 180ᵃ, c. eod. l..; id. fere E): καλῶς ⟨καλὸς⟩ πρῶτος Τηλέμαχος Ἀθηνᾶν ἐφορᾷ, ὡς αὐτὸς μόνος ἀπὸ τῶν ἄλλων φρονιμώτερος, τῶν μνηστήρων περὶ συμπόσια ἀσχολουμένων, κατὰ τὸ ἀλληγορικόν, e quaestione excerptum an alteri scholio quaerendi forma temere addita sit.

Alia propter verborum in codicibus traditorum condicionem dubitationibus non vacantem omisimus; velut θ 489 (**T**), quia post Polakii, p. 383, emendationem ἤδη τοὺς παρόντας εἰς ἐπίτασιν ἄγει, ἵνα ζητῶσι πόθεν οὗτος οἶδεν, nihil iam habet quod ad ζήτημα pertineat; **T** δ 504 Prelleri (= 505 Dind.), quia neque num errori τοῦ Πορφυρίου illud quod Prellerus dedit debeatur neque — si modo recte se habet — quo referendum sit constat; accedit quod scholia, quibus interiectum est, quam corruptissime sunt tradita. Haec enim in codice (p. 59) legimus: αἶτμα τὸ κῦμα λίαν ἀίσσειν τὸ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος ⟨δ e corr.⟩ οὐκέτι μάλ' ἔκλυεν, ἀλλὰ μεγάλα αὐδήσαντος, μεγαλορημονήσαντος ἔκλυεν. τίς οὖν ὁ ὑπερήφανος λόγος . . . . ⟨vac. spat.⟩ ἀέκητι θεῶν φυγεῖν μέγα λαῖτμα θαλάσσης ἀπαυτοῦ δέ τι ἐσχατίσας ὅ ⟨an ἤ?⟩ ἐστι μέρος αὐτῆς κατέβαλεν ⟨corr. e κατέλαβεν⟩ εἰς θάλασσαν. τοῦ πορφυρ ⟨sic⟩: ~ τουδὲ Ποσειδῶνος μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος οὐκέτι μεγάλα ἔκλυεν αὐδήσαντος ἀλλὰ μεγάλα ἔκλυεν αὐδήσαντος τουτέστιν ὑπερηφάνως ἀλέγοντος κτλ. (sequuntur — taedet enim plura transcribere — pauca quaedam de v. β 85). Si enim omnino aliquid πορφυρου illi tribuendum est (aliis enim locis codicis T librarius usitata ratione scribere solet), suo loco (velut δ 535, p. 48, 4) motum casu aliquo cum fragmentorum congerie illa coaluisse videtur. Neque Polakii, Obs. p. 80, scholii **H** μ 197 (ego conferre neglexi) corruptissimi emendatione: καὶ μὴν οἱ ἑταῖροι οὐδὲν πρότερον ἤκουον· σημαίνει δὲ οὖν ἔξω τοῦ δύνασθαι ἀκούειν ἐγενόμεθα, quamvis acute excogitata sit, ita confisus sum, ut inter Porphyriana recipere auderem.

Eodem pertinet quod schol. **E** θ 52 (f. 79ᵇ): διὰ τί ἱστὸν εἰρεσίᾳ χρώμενοι κτλ. omisi; recenti enim manui debetur (Vd non habet); neque, et similem quidem ob causam, a me impetravi, ut quae Ludwichius, pr. I, p. 22, 4—16, e codice Vaticano gr. 1321 edidit Porphyrio tribuerem. Duo enim scholia ab huius codicis librario, qui saeculo quinto decimo operi intentus fuit, ita, ut alterum alterius verbis respondeat, conflata esse existimo. In scholiis enim **M**ᵃ haec tantum leguntur (ad v. 26): πῶς ὁ Ζεὺς ἐκκλησίαν συναγαγὼν θεῶν οὔτε παραδόξων οὔτε χρησίμων τινῶν μνημονεύει, ἀλλὰ τοῦ Αἰγίσθου; Quibus cum in eo codice nihil addatur, statuendum esse dixeris, librarium aut dubitationem de Iovis oratione maiestati divinae parum convenienti sibi ipsi obortam non dissimulasse[1]) aut, cum e codice, unde scholia transcriberet,

1) Cf. schol. T N 299. Simile est quod is qui ad ι 473 codici P scholium appinxit grammaticam sibi quaestionem proposuit: πότερον τὸ ἀπῆν αὐτὸς μόνος

quaestionem suo codici intulisset, solutionem omisisse, id quod eidem ad θ 571 (v. ad p. 79, 1) accidisse apparet. Ecce autem is, qui Vaticani codicis scholia scripsit, iisdem fere verbis ⟨pro ἀλλὰ τοῦ Αἰγίσθου habet ἀλλ' ἀπαισίου φθορᾶς⟩ in fine non solum τί γὰρ μέγα, εἰ φθορεὺς ἀλλοτρίας γυναικὸς τῆς ἐπαξίας ἔτυχε τιμωρίας; sed etiam ἢ ὅτι ὁ Ὅμηρος οὐκ ἐκ κατασκευῆς τὰς ἀρχὰς τῶν λόγων πορίζεται, τοῖς δὲ προειρημένοις ἢ προγεγενημένοις ἑπόμενος τὰ ἀκόλουθα εὑρίσκει κτλ. addidit, id quod exemplis e Λιταῖς πρὸς Ἀχιλλέα petitis non inscite probatur. Quae priori scholii parti, quam etiam **M**ᵃ habet, minime respondere facile intellegitur; quid enim, quaeso, ea quae de exordiis orationum quarundam Homericarum rectissime afferuntur huc pertinent, ubi non exordium orationis divinae sed oratio ipsa erat defendenda? Optime contra Eustathius (p. 1388, 52 sqq.) de Minervae (v. 45 sqq.) verborum initio: ὅτι ἔθος τῷ ποιητῇ πολλαχοῦ ἐκ τῶν παρὰ πόδας ἀφορμῶν ἁπλούστερον λαμβάνειν προοίμια . . . ., καθάπερ καὶ ἐνταῦθα, τοῦ Διὸς μνησθέντος τῶν κατὰ τὸν Αἴγισθον, αὐτόθεν πορίζεται προοίμιον ἢ . . . . . . Ἀθήνη, λέγουσα ὡς ἐκεῖνος μὲν ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ κτλ. . . . καὶ καλοῦσιν οἱ τεχνικοὶ καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπὸ καιροῦ προοίμιον, ita ut non oscitanter, sed rectissimam rationem secutus is qui scholia Mᵃ scripsit particulam quandam eorum quae nunc e Vaticano innotuerunt ad v. 46 rettulerit (v. Ludwich ad p. 22, 8). Alterius contra codicis librarius, cui scholium bonae notae praesto fuisse[1]) negari nequit, verba suo loco mota, interiectis ἢ ὅτι, parum circumspecte cum ἀπορίᾳ illa contaminavit.

Etiam iudicium de scholiis α 185. 86 ferendum e verborum in codicibus traditorum condicione recte aestimanda pendet. Quibus e scholiis cum ego id quod HEDMᵃ ad v. 185 exhibent propter Πορφυρίου ultimis eius verbis in margine exteriore cod. **E** adscriptum receperim (p. 7, 35), Ludwichius, progr. IV, p. 11, 9 sqq., notationem illam ad schol. v. 186 (= p. 36, 10 sqq. D.) referendam esse contendit, quoniam auctorum nomina a librariis horum codicum ad initium, non ad exitum scholiorum adscribi solerent. At ipse Ludwichius Πορφυρίου quod scholio **E** α 69 subicitur ad hunc ipsum locum neque ut ego ad α 70 rettulit (cf. spr. ad p. 6, 15); neque multum discrepat, quod in schol. A T 108 explicationi cuidam ibi

---

ἢ σὺν τοῖς ἑταίροις: Etiam id conferendum est, quod scholio **H** (f. 19ᵃ) γ 435: οἶσίν τε χρυσόν] ἤτοι τοῖς προειρημένοις, ἄκμονι, σφύρᾳ, πυράγρᾳ· ἢ καὶ οἷς τὸν χρυσὸν εἰργάζετο, eadem manus quaestionem adiecit: τίνα δ' ἂν εἴη ταῦτα; statimque δηλονότι οἷς ἐχώνευεν addidit.

1) De eadem figura rhetorica ad ipsos locos in scholio Vaticano ad α 26 (28) e libro I allatos in scholiis Townl. agitur: v. 225: . . . . ὃν ἦν σκεψάμενος λόγον ἀφῆκε καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ἔλαβε τὸ προοίμιον, v. 434: καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ καιροῦ τὸ προοίμιον δέχεται κτλ., cf. ad v. 625: ἴομεν ὅμοιόν ἐστι τῷ εἰ μὲν δὴ νόστον γε μετὰ φρεσίν (v. 434). Nonnulla ex his etiam schol. **B** habent; praeterea conferendum schol. **H** (f. 8ᵇ) β 40: ἀπὸ τοῦ καιροῦ πεποίηται *τὴν ἀρχὴν* ⟨om.⟩, ὡς Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ Τ (155) καὶ Διομήδης ἐν τῇ Ξ (110). Unde haec, quibus non dubito quin alia addi possint, fluxerint ignoro (an e Zenodori περὶ Ὁμηρικῆς συνηθείας? cf. p. 198); ad Porphyrium certe non pertinent.

allatae in fine subicitur: οὕτως Ἀριστοτέλης. Sed ut largiar, librarios hac in re eam quam Ludwichius attulit consuetudinem sequi solere neque scholium a nobis receptum quicquam quo ut Porphyrianum commendetur habere, alterum illud ita comparatum est, ut in tanto Porphyrianorum utriusque carminis scholiorum numero in nullum inciderim, quod ad eius similitudinem accedat. Itaque a sententia mea non discessi.

Futtilissimas denique quaestiunculas quasdam, quas, licet externae rationes non accesserint, propter ipsam verborum miseram condicionem omittendas esse existimavi, non dignas esse iudico quae vel hoc loco quamvis breviter enumerentur. Qua de re hoc teneas velim, quaecumque non sine omni veri specie e meliore fonte pudendum in modum decurtata esse videri possint, addito asterisco in textum esse recepta.

Atque haec quidem de quaestionibus per Odysseae codices traditis; quibus quae ex Eustathii commentariis paucis quibusdam locis in textu, saepissime autem in annotatione addidimus ita comparata sunt, ut codice eum usum esse appareat, qui Porphyriana certe scholia varii ambitus eodem fere modo disposita exhibuerit, quo post eius tempora e codicibus illi simillimis iis, quibus nos usi sumus, illata sunt. Certiora de eo nos proferre non posse — id quod in Iliadis quaestionibus nobis contigit (Prol. p. 461) — non mirabitur, qui meminerit ne eorum quidem qui nobis servati sint codicum certas quasdam stirpes horum scholiorum posse constitui (cf. p. 201).

Simillimo autem atque Eustathium Odysseae codice aequalem eius Gregorium Corinthium usum esse e scriptis eius rhetoricis facile perspicitur. Cuius codicis quaenam indoles fuerit, uno certe loco clarissime apparet. In commentario enim ad Hermogenis περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 14 (Rhet. Gr. ed. Walz VII, 2, p. 1245), allatis versibus κ 188—193, quaestioni Porphyrii (εἰδέναι δὲ δεῖ ὡς ὁ Πορφύριος ἀπορεῖ περὶ τούτων κτλ.), quae cum ea forma, quam codd. HTVd habent, congruit, subiungit: ὁ δὲ ζόφος σημαίνει τὴν δύσιν, ἡ δὲ ἠὼς σημαίνει τὴν ἀνατολήν, τὸ δὲ οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν καὶ τὸ οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται, ἤγουν ἀνατέλλει, ἢ ἑρμηνεύεται εἰς τοῦ ζόφου καὶ τῆς ἠοῦς, ἢ τὸ μὲν τὴν ἀρχὴν σημαίνει τῆς δύσεως κτλ., quorum partem certe etiam Eustathius, p. 1654, 1 sqq. exscripsit.[1]) Quae non est cur ad Porphyrium referantur.

---

1) De versu α 23 Gregorius l. c. p. 1189 eadem fere attulit, quae in cod. H (f. 2ª, txt., ut videtur) legimus; Eustathius, p. 1386, 1 sqq. plura servavit. Etiam de Iliadis loco A 138 Gregorio l. c. p. 1231 quaestio Porphyriana eadem fere forma qua nobis praesto erat.

ADDENDA ET INDICES.

Addenda.

α

1, 1 sqq. Cf. Epilegomena p. 175 sq. – De schol. Q a nobis neglecto ibid. p. 158, 2.

— 14. Cf. Longin. περὶ ὕψ. 8, 1: ἡ ποιὰ τῶν cχημάτων πλάcιc, [Plut.] V. Hom. 39: κατά τινα ποιὰν πλάcιν cχηματίζεται.

— ann. crit. l. 1 sqq. Cf. etiam Polak, Obs. p. 51.

3, 4 sqq. Cf. Epil. p. 175.

— not. Leg.: † T2 (p. 1a), cf. l. c. p. 152, 1.

4, 11 sqq. Ibid. p. 176.

5, 9. Etiam Chrysippus in libro II περὶ εἱμαρμένηc secundum Diogenianum (Epicureum, ut Gerckeo, Annal. phil. suppl. XIV, p. 70, videtur) ap. Euseb. P. E. VI, 8 hoc ipso versu et v. α 32 sqq. usus est βουλόμενοc cυνιcτᾶν τὸ καὶ παρ' ἡμᾶc πολλὰ γίνεcθαι. An Chrysippo quoque de h. l. agens Porphyrius usus est? Cf. Vit. Hom. 120 et Epil. p. 194.

6, post l. 5. De schol. v. 26 (28) v. ibid. p. 205 sq.

7, 3. Edit. ad p. 85, 12.

— 4 sqq. et 25. Cf. Epil. p. 143 et p. 150, 3.

— post l. 32. De schol. v. 113 v. ibid. p. 204.

— l. 35. **D** in margine positum exile debebat esse (v. Praef. p. VIII).

— post l. 37. De schol. v. 186 v. Epil. p. 206.

— ann. crit. Ad l. 36. add.: καὶ ἑτέρουc (om. τοὺc) E; ad l. 37 ante ἀναφορικὴ excidit ἀντωνυμία.

8, 9. 10. Epil. p. 193 sq.

— ann. crit. l. 1. Corr.: cf. Polak, p. 29. — Add.: cf. Ludwich, pr. IV, p. 17, 28 sqq.

— ibid. l. 4. ὁ πατὴρ Polak iam addidit (Obs. p. 61).

9, 6. 8. Post οὐ γάρ τιc δι' ἑαυτοῦ et post τὸν πατέρα αὐτοῦ omisi. — l. 6 etiam M περὶ τοῦ κτλ. habet.

— 11. Add.: cf. Ludwich, pr. IV, p. 9, 1 sqq.

10, 16 sqq. Cf. id. pr. V, p. 4, 2 sqq.

10, 25 sqq. et schol. excerpta. Cf. id. ibid. p. 9, 15 sqq.

12, 8 sqq. et excerpta. Cf. ibid. p. 11, 18 sqq.; 14, 24 sqq.

13, 8 sqq. Cf. ibid. p. 12, 20 sqq.

— ann. crit. l. 18. In cod. T est τούτου.

— ib. l. 27 T ἐξῶν et, ut videtur, αὐχῶν.

14, 13 sqq. Cf. Ludwich, progr. V, p. 13, 23 sqq. — De **D** cod. v. Epil. p. 150, 4.

— ann. crit. l. 15. φηcὶν habet Q. — l. 24. Etiam M οἳ δ', H οἱ δ'.

15, 4 sqq. Cf. Epil. p. 175 sq.

— 18. Corr.: ἀγωνιάcαντα (ita codd.).

— ann. crit. l. 4. Vid. etiam Ludwich, progr. V, p. 20, 6 sqq.

16, ann. crit. l. 22. Add.: τοῦ om. H.

18, 29 sqq. Cf. Epil. p. 187 sq.

19, 5. αὐτὴ Polakii recipere debebam.

21, 11 sqq. Cf. Epil. p. 176.

— ann. crit. l. 4. Corr.: καὶ γυμνωcάcηc κτλ. H.

23, ann. crit. l. 15. Cf. Epil. p. 147, 1.

β

24, not. ad l. 25 sqq. De **D** et **E** codd. vid. etiam Epil. p. 150, 2.

25, 20. De Aristarchi sententia cf. Lehrs, Ar. p. 174, et Carnuth, Ariston. περὶ cημ. 'Οδ. p. 95. 96.

26, 7. De Heraclide vid. etiam Epil. p. 180. 87.

30, 17 sqq. Vid. ibid. p. 201 sqq.

γ

32, ann. crit. l. 4 sqq. Adde: cf. Polak, Obs. p. 64.

— ibid. l. 12. Corr.: ἀναcτραφεὶc codd.

34, not. ad l. 8. 14 sqq. In schol. **T** e schol. H (v. ann. crit. ad p. 34, 7) διηλλάξαμεν corrigere debui.

35, 16. 19. Vid. Epil. p. 202. 3 et p. 193.

37, 1 sqq. Cf. Carnuth, Ariston. περὶ cημ. 'Οδ. p. 33; Ludwich, H. Txtkr. I, p. 357, 16 sqq.

— 11 sqq. Vid. Epil. p. 194 sqq.

38, not. ad l. 1 sqq. Cf. Epil. p. 195, 3.

— not. ad l. 6 sqq. Cf. ibid. p. 163, 1.

38 not. ad l. 9 sqq. Corr.: E (p. 38, 12 sqq.), deleto *ad*.
39, 17. Vid. Epil. p. 188, 1 et 189, 1.

δ

40, not. ad l. 15 sqq. Cf. Epil. p. 192, 4 et (de Glaucone) p. 175, 1. — De schol. α 285 v. etiam Ludwich, progr. V, p. 22, 23 sqq.
42, not. ad l. 16 sqq. Cf. etiam Epil. p. 170.
44, 2. 3. Vid. ibid. p. 190.
46, 4. 16. Ibid. p. 197, 1.
— 19. Cf. Epil. p. 202 et Praef. p. VII, 2.
48, 3. Epil. p. 205.
— 29 Ibid. p. 138. 163.

ε

51, ann. crit. l. 4. Vid. Epil. p. 145 sqq.
— not. ad l. 3 sqq. cχέτλιοί ἐcτε corrigere debebam; quod dedi H T habent.
52, 1 sqq. Cf. Epil. p. 167. 68.
53, 17 sqq. Ibid. p. 202.
— 21 sqq. Ibid. p. 197, 1.
— not. ad l. 1. Carnuth, Ariston. περὶ cημ. Ὀδ. p. 122, schol. ν 332 propter Apollonii locum v. ἐπήτῃ ex Aristarcho derivavit.
54, not. ad l. 4 sqq. Polak, cur. sec. p. 206. 294. 528 sq., non solum de schol. M 103, sed etiam de Odysseae de v. εἴcατο scholiis egit.
— ibid. Schol. Vd (f. 3ᵃ) non solum ὡμοιώθην, sed etiam ἐπορεύθην ἀπὸ τοῦ εἴω habet, qua de re S. Mekler me certiorem fecit.
56, 1 sqq. Vid. Epil. p. 181.
— 12 sqq. Ibid. p. 184 sq.
58, 8 sqq. Ibid. p. 185. — De Chamaeleonte ib. p. 187.
59, 8. κέκληκε, quod per errorem litteris inclinatis expressi, est in codice.
— not. ad l. 10 sqq. Schol. TMᵃ habent etiam P (f. 47ᵃ) et, id quod Mekler mecum communicavit, Vd (f. 5ᵃ).

ζ

60, 5 sqq. Cf. Epil. p. 197, 1.
— 16 sqq. Ibid. p. 181, 2.
— not. ad l. 16 sqq. Cum ἐλαττώcει cf. etiam Porph. B 478 sqq., p. 46, 25 sqq.; 47, 16.
61, 21. De Megaclide cf. etiam Epil. p. 180. 87. 93.
63, 4. Cf. Epil. 196, 3.

η

65, 11 sqq. Vid. Epil. p. 202.
66, ann. crit. l. 3. Secundum Meklerum in cod. Vd μηλοφάτου e μυλιφάτου correctum est.
66, not. ad l. 13. Add. Xen. Hell. I, 7, 23.
67, 10. Epil. p. 196.
— not. ad l. 1 sqq. Carnuth, Ariston. p. 73, schol. P Aristonico tribuit.
68, 7 sqq. Cf. Epil. p. 197, quibus addendum, etiam Ludwichium, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 567, ἀθέτηcιν Aristarcho tribuere, Cobeto Aristophani vindicanti recte oblocutum.
— 24 sqq. Vid. Epil. p. 183 sq.
69, 16. In textum ἀλλ' οὐ τοῦ τέλουc recipiendum fuisse, Epil. p. 183, 2 exposui.
— 17. Cf. ibid. p. 176.
71, 7. Corr.: ταῦτά φηcι (cod. ταῦτα φηcὶ habet).

θ

72, 19 sqq. Vid. Epil. p. 186, 3. 191.
74, 20 sqq. Ibid. p. 191. 196, 3.
80, ann. crit. l. 16—19. Cf. Epil. p. 148.

ι

81, 1 sqq. Vid. Epil. p. 193 sq. — Propter notam versibus 5—9 in cod. Q appictam (cf. Herm. XXII, p. 365) Ludwich, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 572, v. 7—10 ab Aristarcho damnatos fuisse existimat.
82, 2. Procl. ad Plat. Remp., p. 385: αὐτὸc ὁ Ἑλλήνων cοφώτατοc οὐχ ἡδονὴν ἀξιοῖ κρατεῖν ἐν ταῖc ὀρθαῖc πολιτείαιc ἀλλ' εὐφροcύνην, cf. Praef. p. VI et Prol. II. p. 410.
— 14 sqq. Cf. Epil. p. 148, ubi verba ἢ διὰ τὸ εἶναι — κουροτρόφοc (l. 4. 5) uncis fuisse includenda monui.
— not. ad l. 1 sqq. Vid. Epil. p. 189, 2.
86, 14 sqq. Ibid. p. 178. 185 sq.
87, 11 sqq. Ibid. p. 186.
— 24 sqq. Ibid. p. 186, 3.
— not. ad l. 1 sqq. Corr.: Eth. Nic. X, 10, p. 1180 a 29.
— not. ad l. 26 sqq. Adde: Lehrs, Ar. p. 146.
88, 9 sqq. Vid. Epil. p. 186.
— 21. Cf. schol. H (f. 57ᵇ) ι 508: ἐκ τούτου νοητέον ὅτι δειcιδαίμονεc οἱ ⟨Q, ut videtur; H οὐ⟩ Κύκλωπεc, ὅτι ὑπήκουον βουλήμαcι θεῶν καὶ οὐκ ἀπέκτεινον τοὺc προλέγονταc αὐτοῖc τινα παρὰ θεῶν ἐcόμενα.
— not. ad l. 24 sqq. Cf. Epil. p. 197, 1.
89, 20 sqq. Vid. ibid. p. 206.
90, 17 sqq. 91, 1 sqq. Ibid. p. 177.
94, ann. crit. l. 8. 9. Ibid. p. 148.
— not. ad l. 9. Porphyrius Aristarchum sequitur; v. Lehrs, p. 100.
95, 2. Cf. Epil. p. 178.

κ

96, 11 Vid. Epil. p. 193.
— not. ad l. 15 sqq. Scholii Vd collationem Ludwichii debeo comitati.
98, not. ad l. 6 sqq. Cf. Epil. p. 207.
100, 5 sqq. Vid. ibid. p. 177. — Ceterum omittere non debebam, cum ea quae ad l. 10 contuli Stoicae essent originis (cf. etiam R. Weber, Stud. Lips. XI, p. 145), videndum esse an ea quoque quae in textum recepi iisdem vindicanda essent. Cf. tamen Epil. p. 194.
100, 14 sqq. Ibid. p. 177.
102, post l. 3. De schol. v. 510 vid. Praef. p. VII, 1.

λ

104, 2 sqq. Excerptum hinc videtur esse schol. T Γ 124 (c. l. εἶδος ἀρίστην): ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ· φησὶ γοῦν Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην Κασάνδρην, ubi additum est: εἰ μὴ τὴν μὲν παρθένων, τὴν δὲ γαμηθεισῶν ἀρίστην φησὶν εἶναι. — Alterum utrum Aristarcho deberi videtur (cf. schol. A N 365).
105, not. ad l. 1. 2. Ad verba *Aristonicus refert* add.: ad Λ 692.
107, 15 sqq. Vid. Epil. p. 193.
— not. ad l. 24 sqq. Cf. Stobaei Wachsmuthiani etiam p. 423, 25 sqq.
108, 3 sqq. Vid. Praef. p. VI.

μ

110, 4 sqq. Cf. Epil. p. 197, 1.
— 19. Carnuth, Ariston. περὶ σημ. Ὀδ. p. 114, coni. σκυλακίου.
— not. ad l. 25 sqq. Nimis h. l. brevitati studui. Addere debebam, non solum prioris difficultatis (qui fieri potuerit, ut Ulixes servaretur) solutionem, sed etiam alteram difficultatem (cur non bis, sed ter Charybdis aquam evomere et haurire dicatur), cuius solutiones servatae essent, intercidisse. Cf. ad p. 111, 2.
111, not. ad l. 1. Adde, Callistratum v. 105 pro spurio habuisse (vid. Ludwich, Ar. Hom. Txtkr. I, p. 596).
— 7 sqq. Vid. Epil. p. 180 sq. — Ceterum scholiorum de h. l. Vd collationem Mekleri debeo comitati.
112, post l. 12. De schol. v. 197 v. Epil. p. 205.
113, 17. 114, 1. Ibid. p. 184, 1.

ν

115, 9 sqq. Vid. Epil. p. 180.
118, 9 sqq. Ibid. p. 188.
119, 6 Ibid. p. 197.

ξ — ω

120, 7. Cf. Aristarch. in schol. A Υ 84 (Lehrs, p. 115).
123, 17 sqq. Vid. Epil. p. 179.
126, 1. 2. Nauck (Trag. Gr. fr.², p. 927) Heimsoethium et Lobeckium secutus versus ita correxit: ἥλιος, | ὅτου δι' αὐγῆς πάντα βλαστάνει βροτοῖς | φθίνει τε. At Porphyrius certe vel auctor solutionis verba βλαστάνειν et φθίνειν sensu transitivo h. l. legit (v. not. ad p. 125, 13)
— 24 sqq. Vid. Epil. p. 182.
127. In nota huius paginae ultima corr. 14 sqq. (pro 20 sqq.). — Cf. Epil. p. 148 cum Add.
129, 7. Epil. p. 200.
— 12 sqq. Ibid.
132, 1. De Dorotheo cf. ibid. p. 173.

Epilegomena.

137. De scholiis β 319 vid. etiam p. 201. 2.
139, 2. De Gregorii Corinthii codice cf. p. 207.
148. Ad Senacheribi scholia quod attinet, de ι 491 v. ann. crit. ad p. 94, 8. 9; κ 190 e schol. p. 461, 1—5 et 8—10 Dind. contaminatum est. Ad μ 61 ariolationes, non prorsus tamen indignas quae cum Eustathio conferantur, de Symplegadibus, columbis, Homero Aegyptio matre Dmasagora orto congessit; ad ξ 214 de proverbio ἀπὸ καλάμης ὁ ἀμητός egit, simul in τοὺς πράκτορας, οἳ καλαμῶνται ἡμᾶς, invectus; φ 144 iis quae p. 127, 14 edidimus praemisit: ὅ σφι θυοσκόος ἔσκε] μάντις ὁ διὰ τῶν αἱμάτων θυομένων σκοπῶν τὰ μέλλοντα. ἔγκειται δὲ παρὰ τὸ κόειν, ὅ ἐστι συνιέναι.
152, 1. De schol. α 186 vid. p. 206. 7.
165. Ad ea, quae de scholiis a P servatis, ab H contra omissis attuli, addendum, mihi non constare, schol. ε 404 (ad p. 59, 10) utrum P solus (v. Add. ad eum loc.) an etiam H habeat.
166 im. Corr.: cf. Ludwichii progr. I, p. 4, et V, p. 3.
168. Quod in difficultate certe de ε 182 mota Stoicorum doctrinam apparere dixi, non ita esse accipiendum, quasi in iis quae de v. ἐπητής cet. notione leguntur (p. 53, 1 sqq.) eam adesse negem, vel ea quae ad p. 53, 5 attuli docent. Ipsa certe solutio nullum eius doctrinae vestigium prodit.
171. Schol. B 145 etiam in codd. Harl. 5693 et Laur. LVII, 32 (in utroque omisso Porphyrii nomine) legitur.

171, ad not. 2 addendum, cum particula δὲ tertio loco a me constituta conferendum esse, in ipsius Porphyrii quaestione ν 119 (p. 116, 17) legi: πρὸ τοῦ εὖ γνῶναι οὖν εὐκαταφρόνητον εἶναι νομίζοντες.

172. In verbis e ζητ. α′ allatis excidit τούτων ante καὶ τὰς λέξεις.

176. De parte quadam scholiorum α 5 sqq. cf. etiam Add. ad p. 5, 9.

185, 2. Cf. etiam Ludwich p. 578. 79.

197. De η 225 cf. Add. ad p. 68, 7 sqq.

Indices.


I.

Indicantur et scriptores a Porphyrio allati et res graviores, de quibus vel apud eum vel in Epilegomenis agitur.

(Ea, quae in Quaestionum Iliacarum Indice iam attulimus, uncis inclusimus. — Asterisco ea scholia significavimus, quorum de origine parum constat.)

II.

Indicantur scholia Iliadis cum ea de quibus pluribus egimus tum quae aut in hoc libro edidimus aut ad Porphyrium rettulimus.




3 2044 004 577 631

